JACOBI USSERII ARMACHANI

De Græcâ

SEPTUAGINTA,

INTERPRETUM VERSIONE

SYNTAGMA:

Cum Libri

Eſtheræ

Editione Origenicâ, & vetere Græcâ alterâ,

EX

ARUNDELLIANA BIBLIOTHECA

nunc primùm in lucem productâ.

Acceſſerunt, ob argumenti cognationem,

DE

CAINANE,

In Vulgatâ LXX. editione ſuperaddito, ex ejuſdem Chronologiâ Sacrâ nondum editâ, Diſſertatio: unâ cum ejuſdem editâ ad Ludovicum Cappellum, de variantibus textûs Hebraici lectionibus, *anno* 1652, et alterâ à GULIELMO LYRIO ad eundem Jacobum *anno* 1607. datâ, Epiſtolâ.

LONDINI,

Proſtant vænales apud *JOHANNEM CROOK*: ſub inſigni navis in Cœmeterio *Paulino*. *Anno Dom.* 1655.

Rogandus eſt Lector, ut, priuſquàm Syntagma hoc legere incipiat, errata hæc, quæ operarum incuriâ ſunt admiſſa, emendare dignetur.

P*Agè* 2. *lin. ult. lege*, Ptolemæum p. 3 l. 11. Lebethrii, *& in margine*, Suid. in. p. 4 l. 16. *hîc objic.* l. 25. *τῦ νόμυ* p. 8 l. 24. interpretationem. p. 11. l. 28. ut illis. p. 12 l. 6. textui l. 28. *ἀπομνήσκεσθαι*. p. 14 l. 3. *dele*, ad p. 16 l. 11. *Ἔτι ibid. τῦ* p. 18 l. 2. Hebraicum. l. 4. *dele*, cum vetere lectione l. 8. ſubducti, p. 19 l. 24. Ex his p. 20. *lin. ult.* Diluv. ſuperſtite commento p. 22 l. 4. (in p. 23. l. 18. de puritate Verſ. p. 33. *marg. lin. penult.* 176. 273. p. 35 l. 27. *τῇ τῆς* l. 32. ab Hieron. ex LXX. p. 37 *col.* 1. *lin.* 10. ** Ἐν* p. 40. *col.* 2. *lin.* 12. *ζολὼ* l. 18. *ὁδὸς* p. 41 *col.* 1 *lin.* antepenult. adde, *Juravit Dominus per robur ſuum.* p. 42 l. 4. *Ὠσηὲ*, p. 44 l. 19. retentum. l. 21. *ὁ πν* l. 25. *Θεὸς* p. 45 *lin.* 24. 25. Interpretibus, p. 51 l. 9, 10. exiſtimata fuerat, (ut in cap. præced. initio ex l. 11. oſtenſum) l. 17. volumina p. 53 l. 10. *dele*, inde derivatâ. l. 12. emaculandâ p. 54 l. 1. *& quinta in* l. 20. Et quamvis p. 62. *col.* 1. *lin.* 1. *dele*, *ῥοῖ*, p. 65. *col.* 1 *lin.* 2. *σφραγίσεως col.* 3 *lin.* 23. *δύο*, p. 69 l. 21, *τὲ ὀσὲ* p. 70 l. 12. *Λυσιασῦ* p. 71. l. 29. 30, interpolatam. p. 74 l. 29, 30. in V. cap. p. 75 l. 8. XIII.)6. p. 81 l. 4. in margine dele, *Nob. in* l. 28. ſpecimen p. 83 l. 26. Hervagianam l. 32. editione. p. 94 l. 29. *ἐν* p. 175 l. 6. *Chronologiâ*, p. 483 l. 22. Latina Flaminii p. 190 l. 30. non ſolùm à.

JACOBI USSERII ARMACHANI

De Græca

Septuaginta

INTERPRETUM VERSIONE

SYNTAGMA.

CAP. I.

De LXX. *Interpretum Hiſtoriâ ab Ariſteâ conſcriptâ; & eorum verſione in* Ptolemæi Philadelphi *Bibliothecâ repoſitâ: quæ ab eâ, quæ veterum Chriſtianorum Patrum temporibus* LXXII. *Interpretum nomine ferebatur, planè diverſa fuiſſe oſtenditur.*

DE Græca ſacrorum librorum verſione, à LXX. Interpretibus factâ, in omnium habetur manibus *Ariſteæ* libellus, ex quo, & in Joſephi Antiquitatum *lib.* 12. *cap.* 2. & in noſtris Annalibus, ad annum periodi *Juliana*, 4437. ante æram vulgarem Chriſtianam 277. ejus

rei historia descripta legitur. Etsi enim *Aristeæ* genuinum fœtum hunc esse, cùm ab aliis, tum à Josepho Scaligero, in Eusebianis Animadversionibus, negari non ignorem; quum tamen, *ex eo hoc negotium hausisse Josephum, & alios qui hâc de re tractârunt*, idem vir clarissimus simul agnoscat; scriptorem hunc, (quicunque tandem ille fuerit,) omnibus qui hâc de re egerunt antiquiorem, & narrationis hujus primum authorem extitisse, reliquis qui ipsum sunt secuti eâ ratione jure præferendum esse judicavi.

Ex Hermippo (à Diogene Laërtio citato, *in Demetrio Phalereo*,) refert ibi (a) *Scaliger, Demetrium, statim post obitum Ptolemæi Soteris, à Philadelpho quâdam regione relegatum, quum ex tædio solitudinis animum despondere incipere, & in somnum ex languore degravatus esset, morsu aspidis periisse, & somnum cum morte continuâsse.* Quanquam prioris tantùm hujus narrationis partis, de custodito à Philadelpho in eâ regione Demetrio, donec quid de eo fieret decerneretur, Hermippum authorem producat Laërtius; non posterioris, de eodem aspidis morsu postmodum extincto. Hinc verò contra Aristeam ita depugnat Scaliger. *Quum initio regni Philadelphi extinctus sit* Demetrius, *& in odio regi semper fuerit*; *quî fieri potest, ut aliquid negotii regii sub ipso rege gesserit, aut præfectus fuerit Bibliothecæ? Et tamen hoc supposititius ille Aristeas scripsit; & omnibus, qui hâc de re scripserunt, persuasit.*

(a) *Scalig. animadvers. ad numer. Euseb.* 1734.

(b) *August. de civit. Dei.* l. 18. c. 42.
(c) *Hier. Cor. in Daniel.* c. 11
(d) *Cyril. Catech.* 4. φωτιζομένων.
(e) *Epiph. lib. de ponder. & mensur.*
(f) *Tertul. Apologet.* c. 18.
(g) *Joseph.* l. 12 *Antiq.* c. 2. & *contr. Apion.* l. 2.

Atqui inter illos omnes, non (*b*) Augustinus solùm, & (*c*) Hieronymus, & (*d*) Cyrillus Hierosolymitanus, & (*e*) Epiphanius, & (*f*) Tertullianus, & (*g*) Josephus numerandus fuerit, sed ipse etiam Aristobulus, ex Hebræorum gente Philosophus Peripateticus, ad regem Ptolomeum Philometorem eâdem de re hunc in modum scribens,

ſcribens. (h) Ἡ δὲ ὅλη ἑρμηνεία τῶν δὲ νόμων σὺν ἐπιμελείᾳ μεγάλῃ γεγονυῖα φιλαδέλφου βασιλέως, ἐν δὲ τοῖς χρόνοις [τούτοις] ἐπιτυγχανούσης μείζονα φιλοτιμίαν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως [καὶ] πεπραγματευσαμένου τὰ περὶ τούτων. *Integra verò omnium quæ in lege ſunt Interpretatio ſub rege Philadelpho cognominato, abavo tuo, eſt peracta; majus hic ſtudium Demetrio Phalereo adhibente, & totum negotium promovente.* Quod ſi hoc deſumpſit ille, qui proximo poſt Ariſteam ſcripſit ſeculo, ſi non ab ipſo Ariſteâ, ab alio ſaltem aliquo, qui ab illius, & rei geſtæ tempore, quam proximè abfuit, ſub perſonâ Ariſteæ (quemadmodum ſub Orphei Libethrii perſonâ Orpheus Crotoniates ſua ſcripſit Argonautica) hunc de LXX. Interpretibus librum fuiſſe editum, ut dicamus neceſſe eſt.

(h) *Apud Euſeb. de Præpar. Evangel. l. 13.*

(i) *Simili in Orpheo.*

Verùm ad noſtrum inſtitutum iſta potiſſimùm ſpectat diſquiſitio; ubi quærenda, & num alicubi adhuc ſuperſit illa de quâ agitur LXX. Seniorum Interpretatio. De quâ quæſtione Santes Pagninus in Iſagogæ ſuæ cap. 9. ita ſuam aperit ſententiam. *Nos ſummo ſtudio, curâ, & diligentiâ, LXX. Interpretationem cum Hebræo contulimus: & tot invenimus addita, dempta, depravata, immutata, & ab Hebraico prorſus aliena, ut mihi perſuadere nequeam illam eſſe* LXX. *Interpretum.* Bellarminus in lib. 2. de Verbo Dei cap. 6. ſuam ita. *Licèt non ignorem nonnullos in eâ ſententiâ eſſe, ut exiſtiment interpretationem* LXX. *Seniorum penitus interiiſſe: multo probabiliùs cenſeo, illam adhuc ſupereſſe: ſed adeò corruptam & vitiatam, ut omnino alia eſſe videatur.* Et ſuam noviſſimè, qui ex eàdem cum Bellarmino ſocietate Jeſu fuit, Petrus Poſſinus, in ſui de Chriſti Geneologiâ Diallactici cap. 5. *Tanta vis corruptelæ in librum iſtum incubuerat, itaque omnes ejus partes à longiſſimo tempore comprehenderat, ut illum integritati primitivæ reſtituere, non humani quantivis conatus, ſed divina prorſus Omnipotentiæ opus eſſe videatur.* De quibus ut certiùs

judicare poſſimus; librorum ſacrorum à LXX. converſorum numerus primùm, deinde modus in illis transferendis ab eis obſervatus, attentiùs eſt conſiderandus. Inde enim veriorem omnino eorum eſſe ſententiam apparebit, qui Primitivam illam LXX. Seniorum interpretationem penitùs interiiſſe cenſuerunt; diverſámque planè ab eâ fuiſſe, quæ & noſtris,& veterum Patrum temporibus illorum nomine eſt recepta. Et ad librorum quidem, numerum quod attinet; *eruditi ſolos libros quinque Moſis à* LXX. *interpretatos probant:* ut in libro 4. Commentariorum in Ezechiel. cap. 16. affirmat Hieronymus: idque *ab Ariſteâ, & Joſepho, & omni ſcholâ Judæorum aſſeri,* in libro 2. Commentariorum ad ejuſdem Prophetæ cap. 5. idem Pater adjicit.

Quorum teſtimoniorum ponderi nihil omnino detrahit, quod ab aliis ſic objicitur: *Legis* nomine, à Chriſto, (Johan. X. 34. & XV. 25.) & Paulo, (Rom. III. 19. & I Corinth. XIV. 21.) atque aliis, totum vetus inſtrumentum eſſe comprehenſum. Nam à Judæorum ſcholâ quinque tantùm Moſis libros fuiſſe hîc intellectos, ex utrâque Gemarâ, tam Hieroſolymitanâ quàm Babylonicâ, in tractatu מגלה cap. 1. manifeſtum eſt: Et, libros Legis Ptolemæi regis juſſu in Græcam Linguam converſos, à reliquâ Scripturâ Sacrâ ſecernit Joſephus. Οὐδὲ γὰρ πᾶσαν ἐκεῖνος ἔσθ' λαβεῖν τὴν ἀναγκαίαν, ἀλλ' αὐτὰ μόνα τὰ τῷ βίῳ περίδοσιν εἰ παραδόντες ὅσην τὴν ἐξήγησιν πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. *Neque enim totam Scripturam accipere illi contigit; ſed legem ſolam ei tradiderunt Interpretes, qui ob hoc Alexandriam miſſi fuerant;* inquit ille, in Antiquitatum ſuarum Procœmio.

Apud Ariſteam verò, dicuntur legis Interpretes manè ex Pharo in aulam ſingulis diebus acceſſiſſe, & ſalutato Rege eódem redeuntes, votis ad Deum peractis, uſque ad horam

horam diei nonam operi incubuiſſe; ſingula ex collationibus ad conſonantiam elaborantes, & Demetrio deſcribenda tradentes: ita, ſpatio dierum 72. totam interpretationem abſolviſſe. Quæ temporis menſura, authoris ſententiam, de Moſaicâ lege, non de totâ vetere Scripturâ accipiendam eſſe ſatis indicat. Unde & ob hanc rationem Johannes D'eſpieres, (*k*) licèt LXX. Interpretes, etiam reliquos libros veteris Teſtamenti vertiſſe exiſtimet, tamen intra illos 72. dies, Pentateuchum ſolum, (*Legis* nomine ab Ariſtæâ, Joſepho & Philone intellectum) tranſlatum ab eis fuiſſe concludit: *Quia moraliter* (inquit ille) *impoſſibile eſt, imò & Phyſicè, ut immania illa ſacræ Scripturæ volumina, tantillo tempore, duorum nempè menſium cum dimidio, ſcripſerint, nedum conferentes & diſputantes tranſtulerint ex Hebræo in Græcum.* Nam ad id quod à Bellarmino hîc quæritur, *quomodo mirabile fuiſſet, ſpatio 72. dierum potuiſſe abſolvi illam editionem, ſi Pentateuchus tantùm vertendus erat; qui breviori tempore ſine ullo miraculo verti poſſet?* facilis adhibetur reſponſio: neque apud Ariſteam, neque apud Joſephum, ut aliquid in ſe miraculi habens, hoc eſſe propoſitum; ſed à Joſepho, *verſionem legis intra 72. dies abſolutam* ſimpliciter narrari, hoc tantum apud Ariſteam præterea addito, ὅσον καὶ πρὸς τὰ παρόντα γεγενημένων, *perinde ac ſi datâ operâ hoc ab illis factum fuiſſet*, ut ipſorum Interpretum videlicèt numero ille dierum numerus reſponderet.

(k) D'eſpier. de verſione 70. Interpret. diſput. 1. cap. 7.

Primæva igitur LXX. Seniorum Interpretatio Moſaicorum librorum tantùm fuit. Eam verò quæ veterum Chriſtianorum Patrum temporibus illorum ferebatur nomine, Moſis ſimul & Prophetarum ſcripta continuiſſe, nulli eſt dubium. Unde & Juſtinus Martyr, in Dialogo cum Tryphone Judæo, ex Prophetis pro Chriſto teſtimonia, ut à ſenioribus illis converſa, citat. Neque aliam ob

(l) *Iren. l. 3. c. 25.*
(m) *Clem. Alexandr. l. 1. Strom.*

cauſam, (*l*) Irenæus, (*m*) Clemens Alexandrinus, & alii Patres, Moſis ſimul & Prophetarum libros Ptolemæi tempore Græcè converſos fuiſſe ſcripſerunt; quàm quòd verſionem illam univerſi Veteris Teſtamenti, quâ Eccleſiæ ſuo tempore utebantur, eandem cum LXX. Seniorum verſione fuiſſe exiſtimarent. Quod eos feciſſe eo minùs miraberis, ubi conſideraveris ipſum perſpicaſſimum Hieronymum, cui de rei veritate ſuborta erat ſuſpicio, vulgo receptam opinionem eo uſque fuiſſe amplexatum, ut in Prophetarum explicatione, communem Græcam hanc eorum verſionem, ſub LXX. Interpretum nomine paſſim producat & exponat. Quamvis & dubitationem ſuam aliquando ibi ille non diſſimulat: ut cùm in 1. libro Commentariorum ad Micheæ caput 2. ita ſcribit. *Interpretatio Septuaginta, ſi tamen* LXX. *eſt, (Joſephus enim ſcribit, & Hebræi tradunt, quinque tantùm libros legis Moſis ab eis tranſlatos, & Ptolemæo regi traditos) tantum diſcordat in præſenti loco ab Hebraicâ veritate, ut nec capita poſſimus ex æquo ponere, nec eorum ſimul ſententias explicare.*

Tanta verò editionis illius Græcæ, quæ Hieronymi tempore in Eccleſiâ obtinebat, ab Hebraicâ veritate diſcrepantia, non fuiſſe illam reverâ Septuagintæ interpretum, argumentum nobis præbet alterum, à modo, in libris ſacris convertendis, ab eis obſervato, deductum: quem Cardinalis Bellarmini potiùs quàm meis verbis explicandum eſſe duxi. " LXX. Interpretes (inquit ille) " dicuntur omnia tranſtuliſſe ad verbum, ita propriè, ut " quicunque ſciret utramque linguam, ſtatim judicaret " fideliſſimam eſſe tranſlationem. Sic enim ſcribit Phi- " lo, lib. 2. de vitâ Moſis. *Reddita ſunt propria, propri-* " *is nominibus, Græcis ad Chaldaica exactè reſpondentibus.* " *Id experimentis quotidianis creditur: ſive Chaldæus Græ-*

" *cam*

"*tam linguam, sive Græcus Chaldæum didicerit, in utrâque*
"*Scripturâ, tum Chaldaicâ, tum ejus interpretatione, mira-*
"*tur germanitatem, imò rerum verborúmque consonantiam*
"*adorat.* Nec moveat quemquam, quòd linguam He-
"braicam vocat Chaldaicam: id enim idcircò facit,
"quòd linguæ sint affines, & notior tunc esset Chaldæa,
"propter imperium Assyriorum, quàm Hebræa. Neque
"solus Philo, sed etiam ante Philonem Aristeas, testatus
"est admirabilem fuisse rerum & verborum consonanti-
"am, inter codices illos Græcos & Hebræos. Et ad fi-
"nem libri sui adjecit, eam interpretationem à plurimis
"discussam, consideratam, examinatam, antequam in
"regis bibliothecâ poneretur; & ab omnibus acclama-
"tum, sanctè & fideliter singula esse translata, ut nihil
"addi, nihil demi posset.

"At ista Græca versio quam nunc habemus, in pluri-
"bus locis dissentit ab Hebræo, multa non habet quæ
"sunt in Hebræo, multa habet quæ non sunt in Hebræo;
"ut omnes noverunt, qui in eâ versati sunt. Et qui de
"hâc re ob linguarum imperitiam judicare non possunt,
"legant Hieronymi præfationem in Pentateuchum, epi-
"stolam ad Suniam & Fretellam, quæstiones Hebraicas,
"commentar. in Prophetas, & librum de optimo ge-
"nere interpretandi.

Quod verò à nonnullis ad hoc argumentum respon-
deri solet, *textum Hebræum esse corruptum ubicunque à Græ-*
co discrepat, à suis admitti debere Cardinalis negat: *Ne*
fateri cogantur, vulgatam editionem Latinam, quâ Ecclesia
Catholica tot jam seculis utitur, & quam Tridentinum
Concilium authenticam esse judicavit, totam quoque esse cor-
ruptam. Nam excepto Psalterio, Latina editio cum He-
bræis codicibus magis convenit, quam cum Græcis.

Ad illud deinde quod ab aliis, de mutationibus illis à
LXX.

LXX. dictatu Spiritûs ſancti factis objicitur, ingenuè & liberè ſic reſpondet Cardinalis. *Scio quidem, Epiphanium libro de menſuris & ponderibus, Hieronymum in præfat. in Pentateuchum, & lib. de opt. gen. Interpret. & Auguſtinum lib. 18. de civit. Dei cap. 42. & 44. ſcriptum reliquiſſe,* LXX. *Seniores de induſtriâ quædam omiſiſſe, quædam addidiſſe, & quædam aliter vertiſſe, quia ſic dictabat Spiritus Sanctus. Sed iſti Patres piè quærebant rationes excuſandi & defendendi eam verſionem, qua tunc Eccleſia utebatur. Cæterùm, ſi ita eſſet, quomodo Philo diceret, ſummam fuiſſe conſonantiam rerum & verborum? Quomodo etiam aſſereret Ariſteas, omnes, qui eam initio viderunt, acclamaſſe ſingula eſſe benè & fideliter verſa? quomodo non admirati fuiſſent, tam multa detracta, tam multa addita, tam multa contrario ſenſu reddita?*

Et quum iſta ita ſeſe habeant; ſupereſſe tamen adhuc hoc opus negare non audet Cardinalis: quia *plurima teſtimonia, quæ à veteribus citantur ex verſione Septuaginta, eadem nunc in noſtris Græcis codicibus inveniuntur.* Ac ſi ad noſtros ſolùm codices ſpectaret iſta diſquiſitio, & non ad eos etiam quibus uſi fuerunt ipſi illi veteres. Quum enim, ex mirâ illâ quæ inter Græcos codices & textum Hebraicum reperitur diſcrepantiâ, quanta inter illos & primitivam LXX. Seniorum interpreationem differentia interceſſerit, ipſe Cardinalis colligat; eandémque diſcrepantiam, non in noſtris tantùm, ſed in iis etiam libris quos *Hieronymi* tempore legebat Eccleſia, inveniri ſimul agnoſcat: quis non videt, eandem omnino quærendi hîc occurrere rationem; utrum ea, quæ, vel noſtris vel Hieronymi temporibus extabat Græca editio, pro germanâ τῶν LXX. verſione fuerit agnoſcenda?

Atqui, *cum hæc fuerit ſemper celeberrima & communiſſima tranſlatio, quis credere poterit,* inquit ille, *hâc abolitâ vel neg-*

neglectâ, etiam aliquam esse conservatàm? Respondeo, *celeberrimam* quidem fuisse translationem LXX. Interpretum in Ptolemæi Philadelphi bibliothecâ repositam; sed *communissimam* fuisse alteram, quæ huic succrescens, tandem in locum & nomen illius successit, atque ad nostra usque tempora (licèt variè mixta & corrupta) conservata est. Nobilissimâ enim illâ Ptolemæi bibliothecâ incendio deletâ, in novam à Cleopatrâ, postremâ Alexandrinorum reginâ, eodem in loco conditam, altera hæc editio est illata; ibíque usque ad Johannis Chrysostomi custodita est temporaut in capite III. plenius postea declarabitur. Ea bibliotheca Origeni Alexandrino familiariter nota fuit: qui in Hexaplis suis eam quæ incorrupta & immaculata LXX. Interpretum versio tunc habebatur, & quidem à Κοινῇ sive vulgatâ distinctam, edendam curavit; quemadmodum in epistolâ 135. ad Suniam & Fretelam confirmat Hieronymus. Unde ita nostra procedit argumentatio.

Quæ in Ptolemaicâ bibliothecâ fuit Seniorum LXX. Interpretatio, & Mosaicorum librorum tantùm fuit, & ad textûs Hebraici veritatem exactissimè expressa. Quæ verò in Cleopatrinâ bibliothecâ posita, eorundem LXX. Seniorum fuisse communiter existimabatur, non Mosaicorum modò sed etiam Propheticorum librorum interpretationem continebat, eámque á textu Hebraico summopere discrepantem: quod vel ex unicâ ipsius Origenis ad Julium Africanum epistolâ possumus cognoscere. Quæ in Cleopatrinâ igitur erat, non eadem illa LXX. Seniorum interpretatio fuit, quæ in Ptolemaicâ bibliothecâ primitùs fuerat reposita.

CAP. II.

Ne ipsorum quidem librorum Mosaicorum Versionem, quâ veteres Christiani sunt usi, eandem cum LXX. *Seniorum interpretatione fuisse. Ubi de Hebræorum & Græcorum codicum discrepantiâ, in primorum mundi Patrum ætate agitur, & Methusalâ superstite post diluvium; atque ad illud incommodum evitandum, Græci textus emendatione à Criticis variè tentatâ.*

Josephus, qui Septuaginta Interpretum proponit historiam, quinque tamùm ab eis libros Mosis translatos refert: quos nos quoque confitemur plus quàm cæteros cum Hebraicis consonare, inquit Hieronymus, in quæstionum Hebraicarum Geneseos proœmio. Ex eâ doctissimi Patris confessione, colligi fortasse poterit, Hellenistam illum, qui in Veteri Testamento transferendo tantâ usus est licentiâ, in Pentateucho convertendâ, LXX. Seniorum (quorum interpretatio in Bibliothecâ Alexandrinâ tunc extabat) plurimùm adjutum fuisse operâ; indeque majorem hîc cum Hebraicis repertam esse consonantiam. Sed quum in toto deinceps opere, quàm multis in locis, Geneseos à veritate Hebraicâ interpres ille discesserit, ipse Hieronymus ostendat; & in quatuor reliquis Mosis libris eodem illum modo se gessisse res ipsa indicet: ex eâdem offi-

officinâ tum Pentateuchi tum cæterorum instrumenti veteris librorum versionem prodiisse certum est, neque LXX. Senioribus adscribi eam posse, quorum summum in Hebraicâ veritate exactè exprimendâ studium quæ in superiore capite sunt dicta satis demonstrant.

Hinc Pentateucho Origenes, non minùs quàm reliquis libris obelos & asteriscos suos apposuit: ut, quid Scripturæ Hebraicæ in Græcâ interpretatione vel additum vel detractum fuisset, ostenderet. Et in Epistolâ ad Julium Africanum, quum de signis his ad librum Geneseos appositis speciatim monuisset; de libro Exodi subjicit. Τί δ' μὲ δεῖ λέγειν περὶ τῆς Ἐξόδου; ἅπερ τὶ περὶ τῆς σκηνῆς καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τῆς κιβωτοῦ καὶ τῶν ἱερατικῶν ἱματίων τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν ἱερέων ἐπὶ πολὺ παρήλλακται, ὡς μηδὲ τὴν διάνοιαν πρόχειρον εἶναι ῥᾳδίως. *Quid de Exodo oportet me dicere? quæ pertinent ad Tabernaculum, & atrium, & Arcam, & quæ ad indumenta Pontificis & Sacerdotum, plurimùm sunt mutata; adeò ut ne videatur quidem sensus esse similis.* Videatur caput Exod. XXXVI. cum tribus sequentibus: in quibus tanta est rerum omnium in Aldinâ atque Romanâ editione transpositio & perturbatio, ut Græcorum cum Hebraicis commoda ulla vix possit institui collatio.

Hebræis in Beresith Rabbah, sect. 8. & in utroque Talmude, tractat. מגלה cap. 1. tredecim tantùm loca Mosis fuisse dicuntur, à LXX. Senioribus certo quodam consilio aliter quàm in Hebræo erant conversa. Quorum traditioni si quis fidem adhibendam esse existimet, eam quam nos habemus Græcam Pentateuchi editionem illis abjudicet, necesse habet. Nam & illarum ipsarum mutationum pars major in nostris libris non conspicitur; & mille præterea detractiones, additiones, mutationes occurrunt aliæ ab Hebræis illis omnino non agnitæ. Ita Exodi XXVIII. exempli gratiâ, inter vers. 22. & 29. prætermissa

missa sunt omnia (quæ postea sub capitis IX. hujus libelli initium oculis subjecta videbis,) & capite XXXV. quæ inter *vers.* 11. & 19. sunt interjecta.

Additamentorum longiorum exempla sint ista, Genes. XX. 2. Hebræo textus adjectum legimus. Ἐτοβήθη γὰρ εἰπεῖν ὅτι γυνή μου ἐστί, μήποτε ἀποκτείωσιν αὐτὸν οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως δι' αὐτήν. *Timuit enim dicere quia uxor mea est: ne forte occiderent eum viri civitatis propter eam.* Et cap. XLVI. 20. Ἐγένοντο δὲ υἱοὶ Μανασσῆ, οὓς ἔτεκεν αὐτῷ ἡ παλλακὴ ἡ Σύρα, τὸν Μαχείρ: Μαχεὶρ δὲ ἐγέννησε τὸν Γαλαάδ. Υἱοὶ δὲ Ἐφραὶμ ἀδελφοῦ Μανασσῆ, Σουταλαὰμ, καὶ Ταὰμ. υἱοὶ δὲ Σουταλαάμ, Ἐδώμ. *Facti sunt autem filii Manasse quos peperit ei concubina Syra, Machir: Machir autem genuit Galaad. Filii autem Ephraim fratris Manasse, Sutalaam & Taam: Filii autem Sutalaam, Edom.* (quæ desumpta sunt ex I Chron. VII. 14,20, 21.) Levit. XVII. 4. καὶ ὃς ἂν θύσῃ τῆς σφαγῆς τὸ μαρτυρίου μὴ ἐνέγκῃ, ὥστε ποιῆσαι αὐτὸ εἰς ὁλοκάυτωμα ἢ σωτήριον Κυρίῳ δικτὸν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ ὃς ἂν σφάξῃ ἔξω. *Et ad ostium Tabernaculi Testimonii non attulerit, ut faciat illud in holocaustum vel salutare Domino, acceptum in odorem suavitatis: & quicunque jugulaverit extra.* Numer. IV. 31. Καὶ τὸ κατακάλυμμα, καὶ αἱ βάσεις αὐτῶν καὶ οἱ στῦλοι αὐτῶν, καὶ τὸ κατακάλυμμα τῆς θύρας τῆς σκηνῆς. *Et cooperimentum & bases eorum, & columnæ eorum, & cooperimentum ostii Tabernaculi.* Deuteron. XXXII. 42. Εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. *Lætamini cæli simul cum eo: & adorent eum omnes angeli Dei.* Et paulo pòst. Καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ Θεοῦ. *Et confortentur in eo omnes filii Dei.*

Omnium verò mutationum maximè latè patens, & quam penitiùs dispiciendam hoc in loco censuimus, est illa in primorum Patrum annis designandis admissa: quam non

non caſus ſed induſtriæ fuiſſe dubitare non poſſumus. Nam in V. Geneſeos capitulo, ſex Patribus qui vixerunt ante Diluvium, ex annis quos poſt παλιγγενεσιαν Scriptura Hebraica illis tribuit, Interpretatio Græca 100. adimit, totidémq; eiſdem ante παλιγγενεσιαν adjicit: ætatem Mundi eâ ratione 600. annorum incremento adaugens, annorum integræ vitæ eorundem Patrum veritate interim retentâ. Atque in XI. ejuſdem libri capitulo, ad ſex aliorum Patriarcharum, qui poſt Diluvium vixerunt, ætatem ante παλιγγενεσιαν ſimilis 100. annorum facta reperitur adjectio; aliorum 600. annorum acceſſione Mundi ætatem pariter amplificans.

Hîc verò Arnoldus Wion Duacenſis, (*a*) *viſus eſt ſibi cæleſti potiùs quàm humano lumine conſecutus, ut poſſet appoſitè utráque* editio (Græca, & cum Hebraicâ hîc conſentiens vulgata Latina) *conciliari ex duplici mentione, quæ fit in eis, Nativitatis hominum, quos Scriptura divina commemorat: alterius nempe, quæ carnalis, de quâ agitur in vulgatâ editione; alterius autem, quæ ſpiritualis, quæ texitur apud* LXX. *Interpretes.* Cujuſmodi diſtinctionem ſi annis Tobiæ enucleandis, quem CXXXVII. annos natum obiiſſe notat editio Græca; (*b*) *completis annis* XCIX. *in timore Domini*, ſepultum fuiſſe aſſerit vulgata Latina: aliquem veriſimilitudinis colorem præferret ejuſmodi conciliationis modus; ut in univerſum quidem vixiſſe dici poſſet CXXXVII. annos: at XCIX. tantùm *in timore Domini*; primis XXVIII. ætatis ſuæ annis ſecundùm communem morem mundi hujus peractis. At neque in Græcâ, neque in Latinâ Geneſeos editione leviſſimum quidem talis diſcriminationis ullum extat indicium: & ex collatione annorum quos patres illi poſt ſuſceptos filios vixiſſe dicuntur, commentitia iſta diſtinctio planè refellitur. In Græcis nempe codicibus Geneſ. V. 3. Adamus, quum

(a) Poſſev. in Apparat. ſac. in Arnoldo Wion.

(b) Tobi. 14. 16.

CCXXX vixiſſet annos, reſpectu nativitatis *carnalis*, filium hoc modo genuiſſe diceretur, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: in Latinis verò & Hebraicis, ad nativitatis *ſpiritualis* ratione habitâ, ſi Arnoldum hîc Interpretem audire libeat, quum CXXX. tantùm ſuiſſet annorum, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam idem eundem genuiſſe quoque diceretur. At verò quum poſt genitum illum filium Græci DCC. Hebræi & Latini codices DCCC. annos vixiſſe addunt: ad iſta inter ſe concilianda, quid hîc adjumenti affert præclara iſta diſtinctio? Certè ſi primam vitæ ſuæ hecatontalem carnaliter egiſſe poſt converſionem deinde ſuam ante genitum filium 130. poſteáque 800. annos, cum Hebræis & Latinis, vixiſſe admittamus; ut univerſæ illius vitæ non pauciores quàm 1030. annos tribuamus, neceſſe eſt: quos tamen non plures quàm 930. fuiſſe, Hebræi, Græci, Latini, omnes libri pariter conſentiunt. Ut non cœleſti ſed phantaſtico lumine perfuſum Arnoldum, hîc fuiſſe appareat, quum tam frigido excogitato commento, tantopere ſibi plauſit.

Et verò luſiſſe planè in Chronologiâ iſtâ pertexendâ Helleniſtam noſtrum, nihilque minùs quàm Interpretis officio fungi voluiſſe, ſed datâ operâ ab eo quod in textu originali invenerat receſſiſſe, veritatis ratione omni inſuper hîc habitâ; in annorum Mathuſalæ & filii ejus Lamechi deſignatione, idem ipſe ſatis aperuit. Ut enim priùs Patrum ætati ante καταβολὴν annos 100. addidit, totidem poſt eam eidem detraxit; ita nunc vice verſâ, Mathuſalæ ætati ante Lamechum natum annos 20. detraxit, totidémque poſt illum natum eidem addidit: ante filii nativitatem 167. poſt eam 802. illi tribuens. Simul verò additi anni 188. inter nativitatem Lamechi & filii ejus Noachi ab eodem numerati, & 600. vitæ Noachi uſque ad Diluvium inde decurrentes, non plures quàm 788. con-

conficiunt annos, inter Lamechi nativitatem & Diluvium interpositos? Quibus ab 802. illis annis subductis, quos post natum Lamechum vivendo Mathusalam exegisse dictum est; 14. relinquuntur anni, quibus ipsi Diluvio Mathusala superstes fuerit. *Atqui* in arcâ *pauci, id est, octo animæ servatæ sunt,* [1 *Petr.* III. 20.] Noachus videlicèt, Semus, Chamus & Japhetus cum uxoribus eorum, [*Genes.* VII. 7. & VIII. 16, 18.] ex reliquis omnibus superstite relicto nemine, [*Ibid.* VII. 23.]

Septuaginta, inquit (*b*) Beda noster, *ante natum Lamech CLXVII. ponunt annos, postea DCCCII. qui numerus, ut lector facillimè videbit, juxta Hebraicam veritatem XX. annis, juxta ipsorum autem auctoritatem XLIII. annis Diluvii tempora transit.* A nato enim Lamecho usque ad Diluvium anni sunt, secundùm Græcam quidem illam editionem (ut dictum est) 788. secundùm Hebraicam autem veritatem, 782. Juxta alteram igitur rationem, 14. juxta alteram, 20. annis Diluvii tempora transissent; si 802. annos post natum filium vivendo exegisset. Ut mira fuetit Scaligeri ἀναισθησία, qui (*c*) miram ἀλογιστίαν in Beda visus sibi sit hic animadvertere.

(b) *Bed. in chronic.*

(c) *Scalig. animadvers. in Eusseb.* 243. b.

Hinc igitur exorta illa est *famosa quæstio, & disputatione omnium Ecclesiarum vernlata, quòd juxta diligentem supputationem quatuor decim annos post Diluvium Mathusala vixisse referatur* quemadmodum ab Hieronymo in Hebraicis quæstionibus Geneseos est notatum. Ex quo Hieronymi loco cùm altero ejusdem in Epistolâ 125. ad Damasum quæst. 2. collato liquet, *omnium Ecclesiarum usu eam receptum fuisse lectionem,* quæ vitæ Mathusalæ annos ita distribuit, ut post Lamechi nativitatem annos 802. ille egerit, ante eam, 167. neutiquam verò 165. ut in Compl utensi Bibliorum πολυγλωττῳ editione, eámq; se-

secutâ Antuerpianâ Regiâ, & Jayanâ Parisiensi manifesto errore excusum legitur.

Eandem quoque lectionem ad sua, id est, Caroli Magni tempora per universas Ecclesias fuisse retentam, (d) Georgius Syncellus confirmat, de Mathusalâ sic scribens. Οὗτος κατὰ τὰς ἀπαραχάρακτους Γενέσεως βίβλους ὑπερέβη τὸν κατακλυσμόν· ἔστιν ἰδεῖν ὡς ἀπόδειξιν τοῦ διεσώθη ἐν τῷ κατακλυσμῷ. *Hic, secundum omnes qui ubique feruntur Geneseos codices, annis* 15. *Diluvium supergressus est: ita ut, quis locus diluvii tempore illum servaverit, incertum sit.* Et pòst. Ἔτι δὲ καὶ τὸ μακροβιώτατον Μαθουσάλα ὁ κατακλυσμὸς γέγονεν ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ὀπίσω Μαθουσάλα συνῆν τῷ αὐτῷ ἔτει τοῦ κατακλυσμοῦ ὡσεὶ βίος κοσμικὸς ἔτους λοιπὸν ἑνός. ὅπερ ἀληθεῖς εἶναι πιστεύομεν τὰς περὶ αὐτοῦ καὶ πρὸ αὐτοῦ θεσμίτας ἐν ἱεραῖς βύβλοις ἀψευδεῖς καὶ θεοπνεύστους ἱστορίας. *Anno Mathusalæ cunctorum hominum longævissimi* 955. *diluvium universum orbem invasit. Et, eodem diluvii anno connumerato, usque ad annum Mundi* 2256. *aliis* 15. (ab initio, vel 14. à fine diluvii) *annis supervixit Mathusala: siquidem veras esse credimus, quæ de eo & patribus ejus in sacris feruntur paginis, incorruptas & divinitùs inspiratas historias.*

(d) Georg. Syncell. Chronogr. pag. 113. 114.

Hinc de eo, in lib. 3. Commentar. in Luc. cap. 3. B. Ambrosius. *De Mathusalâ quid dicam? cujus ultra diluvium numerantur anni: ut quoniam solus est Christus, cujus vita nullam sentit ætatem, in majoribus quoque suis non sensisse diluvia videretur.* Et, aliquanto accuratiore hîc adhibito judicio, S. Augustinus, libro 15. de civit. Dei, cap. 11. *Per hanc discrepantiam Hebræorum codicum atque nostrorum, exoritur illa famosissima quæstio; ubi Mathusalem quatuordecim annos vixisse post diluvium computatur: quum Scriptura ex omnibus, qui in terrâ tunc fuerant, solos octo homines in Arcâ exitium commemoret evasisse diluvii,*

luvii; in quibus Mathuſalem non fuit. Subdítque *nonnullos etſi non in terrâ (ubi omnem, quam vivere in aquis natura non ſinit, conſtat fuiſſe deletam) cum patre ſuo qui tranſlatus fuit aliquantum fuiſſe: atque ibi, donec diluvium præteriret, vixiſſe arbitrari: nolentes deregare fidem codicibus, quos in authoritatem celebriorem ſuſcepit Eccleſia; & credentes Judæorum potiùs, quàm iſtos, non habere quod verum eſt.*

Idem Auguſtinus, in libro de peccato Originali contra Pelagium & Cœleſtium, cap. 23. inter quæſtiones *in quibus, ſalvâ fide quâ Chriſtiani ſumus, aut ignoratur quid verum ſit & ſententia definitiva ſuſpenditur, aut aliter quàm eſt, humanâ & infirmâ ſuſpicione conjicitur,* & iſtam reponit: *Ubi potuerit Mathuſalem vivere, qui in Arcâ non fuit? qui, ſicut in pleriſque codicibus & Græcis & Latinis numerantur anni, reperitur ſupervixiſſe diluvio? vel utrùm paucioribus, qui variſſimi inveniuntur, potiùs credendum ſit; in quibus ita eſt numerus conſcriptus annorum, ut ante diluvium defunctus fuiſſe monſtretur?* Et in quæſtionibus ſuper Geneſin, cap. 2. *Quæri ſolet,* inquit, *quomodo Mathuſalem ſecundùm annorum computationem vivere poſt diluvium potuerit; quum omnes, præter eos qui in Arcam ingreſſi ſunt, periſſe dicantur. Sed hanc quæſtionem plurium codicum mendoſitas peperit. Non ſolùm quippe in Hebræis aliter invenitur; verùm etiam in* LXX. *interpretatione, Mathuſalem in codicibus paucioribus, ſed veracioribus, ſex annos ante Diluvium reperitur fuiſſe defunctus.* Nimirum (ut (e) alibi idem ipſe explicat) *in codicibus Græcis tribus, & uno Latino, & uno etiam Syro, inter ſe conſentientibus.* (e) *Aug. de C. vit. Dei l. 15. c. 13.*

Critici nempe, ut huic mederentur incommodo, lectionem Græcam hîc immutandam cenſuerunt: ſed varii variè. Ex hiſce emendationibus duæ ſunt, quæ ſex-

ennio ante Diluvium Mathuſalæ mortem collocant. Melior & magìs recepta una; quæ juxta Hebraicam ante Lamechi nativitatem annos illi tribuit 187. poſt eam, 782. minùs probata altera; quæ cum vetere lectione ante natum filium, vetere lectione retentâ, 167. illi annos attribuit; poſt eum verò natum, 782. ut prior. Utrobique enim anni illi 782. ab annis 788. quos à Lamechi nativitate ad Diluvium Græci codices dinumerant, ſubductis, inter Mathuſalæ exceſſum & Diluvium ſex annorum relinquunt interſtitium.

Priorem lectionem exhibet Græcus Geneſeos codex, omnium qui uſpiam hodie extant vetuſtiſſimus, quem in Cottonianâ Bibliothecâ vidimus, & Græcorum Bibliorum exemplar Alexandrinum ætate illi proximum, à Cyrillo Patriarchâ in Angliam miſſum; Octoteuchi item exemplar aliud, quod ex Thomæ Mori Bibliothecâ nactus eſt Johannes Clemens Anglus: atque ex Græcis Bibliorum editionibus, Aldi illa Veneta, eámque ſecutæ omnes Germanicæ. Quibus & Syrus meus Chronologus Gregorius accedit; in Græco 167. ſcriptum eſſe referens, ſed *manifeſto ſcriptoris antiqui errore*, annis 20. deſideratis. Et omnium certè antiquiſſimam eſſe emendationem hanc, 187. annos pro 167. ſubſtituentem, ex Demetrianâ Chronologiâ conſtat, ab Alexandro Polyhiſtore producta; apud Euſebium, in Evangelicæ Præparationis libro 9. Neque aliam lectionem Julium Africanum nobilem Chronographum fuiſſe amplexatum, ex Georgio Syncello liquet: qui eum, (f) ἐκ τίνων ἀντιγράφων, οἷς οὐ χρὴ πιστεύειν, *ex quibuſdam raris exemplaribus quibus credi non oporteat*, Diluvium in annum mundi 2262. conjeciſſe docens, ita ſcribit. (g) *Exemplarium quædam in* 187. *Mathuſalæ annum Lamechi ortum referunt: quibus Africanus aſſentitur; anno etiam mundi* 2262. *Noachi diluvium*.

(f) *Georg. Sync. Chron. p.* 83.

(g) *Id. p.* 20.

diluvium adſcribens. Cujus ſententiam ſanam non eſſe arbitramur. Eò verò 2262. *Mundi anno diluvium reponere videtur, quòd* 969. *vitæ Mathuſalæ anni anno mundi* 1287. *ducentes initium, in anno mundi* 2256. *deſinant, intra* 2262. *annorum limites concluſi.* Et mortem illius, eâ ratione, in ſextum annum ante diluvium conjiciant. Ut ſui planè oblitus fuerit Syncellus, quum (*h*) alibi vitæ Mathuſalæ annos 989. ab Africano tribui ſcripſit. (h) *Ll. p.* 114.

Euſebius (ut ex ejuſdem Syncelli loco mutilato, pag. 20. cum alio integro, pag. 114. collato, intelligitur) juxta vulgatam lectionem, inter nativitatem Mathuſalæ & Lamechi 167. annos ponit, atque ita ab initio Mundi ad Diluvium annos 2242. dinumerat: ut Mathuſalæ tamen mortem ad ſextum ante Diluvium annum referat, ex aliis codicibus annos 782. poſt natum Lamechum vixiſſe eum annotat. Quot etiam annos tum in Græco tum in Hebræo eſſe aſſignatos, jam dictus Syrus meus Chronologus aſſerit. Conſtantinopolitanus verò Chronologus, (*i*) Faſtorum Siculorum author, cum Julio Africano Diluvium ad annum Mundi 2262. referens, & Mathuſalæ ante natum Lamechum 187. tribuens, poſt filii tamen ortum 762. tantùm annos ſuperſtitem illum fuiſſe vult, atque ita 26. ante Diluvium anno vivere deſiiſſe. Et hujus igitur ſimul, & Euſebii ſententiâ, 949. tantùm annos Mathuſala vixiſſet: & qui omnium Patrum μακροβιότατος hactenus eſt habitus, avo ſuo Jaredo 13. annis junior obiiſſet. Quod Georgio Syncello tantum incommodum eſt viſum; ut præ illo prorogationem vitæ Mathuſalæ ultra Diluvium admittendam eſſe putaret. *Satius eſt igitur,* inquit ille, (pag. 114.) *ſacris per univerſum orbem vulgatis libris dutâ fide, Mathuſala diluvium licèt annis* 15. (vel 14.) *ſuperaverit, annos tamen* 969. *attigiſſe dicamus; Deo nimirum prater hominum opinionem*

(i) *Pag.* 44. *edit. Græco lat. Raderi.*

iis modis & locis quæ novit, cum unà cum Enoch à communi pernicie conſervante.

Quod ipſum tamen incommodum Syncellus (pag. 20.) ut evitaret, Mathuſalam in diluvio periiſſe dicit, quod anno Mundi 2242. contigiſſe cum Euſebio ſtatuit. Unde annis integræ vitæ Mathuſalæ 969. ſubductis, in annum Mundi 1273. ætatis Enochi 153. vel 150. aut 151. potiùs nativitatem illius conjici potuiſſe ſuſpicionem movet. Ac ſi minùs *à ſacris per univerſum orbem vulgatis libris* ille recederet, qui Enochum 150. vel 153. ætatis annum agentem genuiſſe Mathuſalam diceret, quàm qui ipſum Mathuſalam annos tantùm 949. vixiſſe affirmaret.

Quintus Julius Hilarion, in libello de Mundi duratione, ne diluvium Mathuſalem tranſcendiſſe admitteret, in annis illius emendandis aliam rationem iniit. *Mathuſalem* (inquit ille) *vixit annos* CLXXXII. *& ſic genuit Lamech: & poſt hoc, vixit annos* DCCLXXXVII. *ſic enim divinæ Scripturæ fides vera demonſtrat, quæ Mathuſalam ante Diluvium & vixiſſe & mortuum eſſe narravit. Lamech anno* CLXXXVIII *genuit Noë. Sexcenteſimo namque anno Noë, factum & conſummatum eſt Diluvium.* Juxta quam hypotheſin, anno mundi 2257. factum fuiſſet Diluvium; & proximo ante illud anno Mathuſala naturæ conceſſiſſet.

Arabicus denique meus Geneſeos ex Græco Interpres, ut mortem Mathuſalæ cum anno Diluvii concurrere faciat; ante natum Lamechum annos illi tribuit 180. pòſt, 782. in univerſum, 962. ipſi verò Lamecho (cum Hebraicis codicibus) ante natum Noachum, annos 182. pòſt, 595. ſimul omnes, 777. juxta quem calculum, in annum Mundi 2249. Diluvium incidiſſet.

Ex quibus omnibus videre licet, cujuſmodi crucem ludicro hoc ſuo de Mathuſalâ poſt Diluvium commento poſteris

posteris Hellenist a noster fixerit, qui eum sub augusto LXX. Seniorum nomine venerati sunt. Ex quâ verò Helleniſtarum gente ille fuerit, quando vixerit, quomodo authoritatem nactus fuerit, ac demùm LXX. Interpretum titulum induerit, ut disquiramus operæ pretium fuerit.

CAP. III.

Quo tempore & loco Græca illa editio, quæ apud Christianos Patres LXX. *Interpretum nomine ferebatur, nata fuerit: & quâ ratione in titulum illum irrepserit.*

STante adhuc Alexandrinâ Ptolemæi Philadelphi Bibliothecâ, in quâ accurata illa Pentateuchi interpretatio asservabatur, etiam perturbatam illam quam hodie habemus legis Mosaicæ versionem in manibus hominum fuisse, memorata illa Demetrii annorum Mundi Chronologia, quam ex libro illius περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων (a) Alexander Polyhistor (qui (b) Syllanis vixit temporibus) descripsit, manifestè demonstrat. Neque *Legis* solùm sed etiam *Prophetarum* ex Hebraico factam Versionem tunc extitisse, in Ecclesiastici sui Prologo Jesus Syracides indicat: ubi & in Ægyptum venisse se notat, anno 38. sub rege Euergetâ. Initio Euergetæ hujus, qui & Physcon est dictus, ab eo tempore deducto, quo simul cum fratre Philometore regnare cœpit: Quemadmodum in Annalibus nostris ad annum Periodi Julianæ 4582. ante æram

(a) *Apud Euseb. lib. 9. Præparat. Evangel.*

(b) *Vide Annal. nostr. ad annum Periodi Julianæ 4633.*

Christianam 132. est ostensum.

Hanc verò totius Veteris Instrumenti traductionem, ut ante illum Euergetæ 38. ita post Philometoris fratris ipsius 4. annum in Periodi Julianæ annum 4537. ante æram Christianam 177. incidentem) in lucem esse editam; ex historicâ illâ notâ, ad calcem libri Estheræ, in editione vulgatâ Græcâ appositâ colligimus. Ἔτους τετάρτου βασιλεύοντος Πτολεμαίου καὶ Κλεοπάτρας, ἐπέστειλε Δοσίθεος, ὃς ἔφη εἶναι ἱερεὺς καὶ Λευίτης, καὶ Πτολεμαῖος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, τὴν προκειμένην ἐπιστολὴν τῶν Φρουραί, ἣν ἔφασαν εἶναι καὶ ἑρμηνευθῆναι Λυσίμαχον Πτολεμαίου τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. Id est, (ut in Hieronymi versione legitur:) *Anno quarto regnantibus Ptolemæo & Cleopatrâ, attulerunt Dositheus, qui se sacerdotem Levitici generis referebat, & Ptolemæus filius ejus hanc epistolam Phrurim; quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolemæi filium in Jerusalem.* Neque enim alius Rex intelligitur, ut à (c) Pererio rectè est observatum, quàm *Philometor* ille Ptolemæus: cujus, ut & *Cleopatræ* uxoris ejus, & *Dosithei*, apud Josephum, in 2. contra Apionem libro, hujusmodi facta habetur mentio. Ὁ δὲ φιλομήτωρ Πτολεμαῖος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Κλεοπάτρα τὴν βασιλείαν ὅλην τὴν ἑαυτῶν Ἰουδαίοις ἐπίστευσαν, καὶ στρατηγοὶ πάσης τῆς δυνάμεως ἦσαν Ὀνίας καὶ Δοσίθεος Ἰουδαῖοι. *Philometor Ptolemæus & ejus uxor Cleopatra totam* (Ægypti) *regionem Judæorum fidei commiserunt: & copiarum omnium duces fuerunt Onias & Dositheus Judæi.* Quem (d) Oniam Sacerdotem post egregiam Philometori & Cleopatræ navatam in bellis operam, eorum permissu in agro Heliopolitano Templum Hierosolymitani æmulum extruxisse, in libro 13. Antiquitat. cap. 6. idem Josephus narrat: hoc etiam ibidem addito. Εὗρε δὲ Ὀνίας καὶ Ἰουδαίους πρὸς ὁμοίας αὐτῷ, καὶ ἱερεῖς καὶ Λευίτας, τὰς ἐκεῖ θρησκίουντας. *Invenit autem Onias sibi similes Judæos quosdam, & Sacerdotes & Levitas, qui illic*

(c) *Perer. Commentar. in Daniel c. 13.*

(d) *Vid. Annal. mstr. ad ann. Period. Julian. 4564. ante ær. Chr. 150.*

lic divinum cultum instaurarent.

Post quartum igitur illum Philometoris Ptolemæi annum, ut Gentium curiositati, Judaica sacra penitiùs intelligere desiderantium, aliquo modo satisfieret, à Judæo aliquo opus hoc peractum fuisse videtur; eandem sibi licentiam in totâ Vetere Scripturâ additionibus, detractionibus & mutationibus suis vitiandâ permittente, quam ejus æmulatus exemplum Dositheus Samaritanus in ipso originali Pentateuchi Mosaici textu interpolando Apostolorum posteà temporibus usurpavit: quemadmodum in Epistolâ ad D. Ludovicum Cappellum (huic Syntagmati subjunctâ) significavimus.

Cúmque hæc prima universæ Scripturæ Veteris Græca edita fuisset Interpretatio: in novum primùm Oniæ Templum novæ quoque hujus Scripturæ in eo prælegendæ formam inductam fuisse veri sit simillimum, Sacerdotibus & Levitis, qui profani Templi ministerio se addicere nihil sunt veriti, de Versionis non admodum laborantibus.

Nam in Ægypto ortam fuisse interpretationem istam, & illa ipsa verba ex fine libri Estheræ producta non obscurè innuunt; & ex eo colligunt alii, quòd Siclum Hebraicum, *tetradrachmo* Attico æqualem, (ut in libro 3. Antiquit. cap. 9. Joseph. & alii indicant,) per Alexandrinum *didrachmum* Interpres exprimere soleat, quod Attici duplum fuisse apparet. Cùm enim Talentum quodque 6000. haberet drachmas ejus loci proprias, cujus talentum esset, ut ex Julio Polluce constat: talentum Alexandrinum 12000. drachmas Atticas continuisse, Festus Pompeius confirmat. Ex Ægypto deinde paulatim Versionis hujus usus ad reliquos omnes Judæos qui inter Græcos erant dispersi, manavit; in quorum Synagogis pars aliqua *Legis* simul & *Prophetarum*:

tarum ſingulis Sabbatis prælegebatur: quod de Helleniſtis Antiochenſibus Piſidiæ, in Act XIII. 15. ſpeciatim habetur annotatum. Hinc libros hoſce Græcos ab omnibus ubique Judæis legi, in 2. pro Chriſtianis Apologiâ Juſtinus Martyr aſſerit: in oratione quoque ad Græcos paræneticâ, eos ad ſuum uſque tempus in Judæorum Synagogis aſſervari confirmans. Quò ſpectat & Tertulliani ille locus, in Apologetico, cap. 18. de Scripturis LXX. Interpretum nomine vulgatis à Judæis in Synagogis ſuis (quarum libertatem, vectigali Romanis penſitato redimere erant ſoliti) legi conſuetis ita ſcribentis: *Sed & Judæi palàm lectitant: vectigalis libertas vulgò auditur Sabbatis omnibus.* Et narratio illa in Gemarâ Hieroſolymitanâ, tractat. *Seta*, cap. 7. *R. Levi ivit Cæſaream, audiénſque eos legentes lectionem* יהוה, [Deuteron. VI.] *Græcè, voluit impedire ipſos. R. Joſe id animadvertens, iraſcebatur, dicens: Qui non poteſt legere Hebraicè, num omnino non leget? imo legat quâcunque linguâ, quam intelligit ac novit, & ſic officio ſuo ſatisfecerit.* Cúmque longo tempore hâc de re inter Judæos contentiones extitiſſent; aliis Hebræâ tantùm linguâ Scripturas in Synagogis legi debere aſſerentibus, aliis Græcam lectionem retinentibus: Juſtinianus pro poſterioribus tulit ſententiam, Novellâ 146. ut Græca LXX. Interpretum verſio in Synagogis prælegeretur, edicens.

A Judæis Helleniſtis habitantes inter eos Græci, ad fidem Chriſtianam ab Apoſtolis converſi, græcam hanc librorum ſacrorum verſionem acceperunt: atque à Græcis deinde Latini. *Ut enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus, & aliquantulum facultatis ſibimet utriuſque linguæ habere videbatur, auſus eſt interpretari:* quemadmodum in libro 2. de doctrinâ Chriſtianâ cap.

cap. 11. ab Auguſtino eſt notatum. Indéque Hieronymus, quòd in Eccleſiis eam editionem obtinuiſſe videret, in Scripturarum citatione & ipſe eâ eſt uſus: licèt Hebraicam veritatem longè illi præferendam fuiſſe judicaverit. Chriſtíque poſtremis & Apoſtolorum primis temporibus ſcribens Alexandrinus Philo, quòd communi Helleniſtarum uſu eadem tum quoque eſſet recepta, in Pentateuchi explicatione ſemper illâ eſt uſus: licèt in privatorum manibus (poſt incenſam priori bello Alexandrino Philadelphi bibliothecam) veteris illius LXX. Seniorum verſionis adhuc exempla extarent; quorum admirandam cum textu orignali conſonantiam ab eo prædicatam ſuprà audivimus. Eandémque ipſam ob cauſam Apoſtoli & Euangeliſtæ, in citandis Veteris Scripturæ teſtimoniis frequenter, in ſermonis verò genere paſſim hanc ſequuntur Editionem: quòd communem eam fuiſſe ſcirent & maximè pervulgatam, atque omnibus eo tempore notiſſimam. Indéque, in quæſtionibus Hebraicis in Geneſin, Hieronymus, *hoc generaliter obſervandum ait, quòd ubicunque ſancti Apoſtoli aut Apoſtolici viri liquuntur ad populos, his plerumque teſtimoniis abutuntur, quæ jam fuerant in gentibus divulgata.* Quod quàm ille prudenter & conſideratè ſcripſerit, non ſatis ſe intelligere profitetur (e) Whitakerus: neſciens, ut videtur, apud Hieronymum *abuti* & *uti* pro eodem ſolere uſurpari.

(e) *Whitak. de S. Script. quæſt. 1. cap. 3. fin.*

In Hebraico quidem Euangelio, quod Matthæi nomine à Nazaræis evulgatum, à pleriſque Veterum pro ipſius anthentico eſt habitum, ab eodem (f) Hieronymo eſt obſervatum, illud *animadvertendum eſſe: quòd ubicunque Euangeliſta, ſive perſonâ ſuâ ſive Domini Salvatoris, Veteris Scripturæ teſtimoniis utitur, non ſequatur LXX. tranſlatorum authoritatem, ſed Hebraicam.* Majore tamen animadverſione dignum illud ego eſſe exiſtimo; quòd in Græco

(f) *Hier. de Script. Eccl. in Matthæo.*

& germano Euangelio idem ab Apostolo ipso sæpiùs fuisse factum observare liceat. Sic enim in cap. II. 15, juxta Hebraicam veritatem citatum est illud; Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. *Ex Ægypto vocavi filium meum*: quum Græca editio, Hoseæ XI. 1. legat; Ἐξ Αἰγύπτου μετεκάλεσα τὰ τέκνα αὐτοῦ, *Ex Egypto revocavi filios ejus*: quo in loco, ut refert in Cardinalis Barberini Græco MS. Prophetarum codice vetus Scholiastes, Aquila habet; ὁ ἀπὸ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. *Et ex Ægypto vocavi filium meum*. Symmachus; Ἐξ Αἰγύπτου κέκληται ὁ υἱός μου, *Ex Ægypto vocatus est filius meus*. LXX. καὶ ἐξ Αἰγύπτου μετεκάλεσα τὰ τέκνα αὐτοῦ, *Et ex Ægypto revocavi filios ejus*. Theodotion; ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου, *ex Ægypto vocavi filium meum*. additque Scholiastes: τέτῳ ἐχρήσατο ὁ Ματθαῖος ὡς ὕπως ἔχοντος ἑβραϊκοῦ Ἑβραϊκῶς, ὡς καὶ ὁ Α. ἡρμήνευσεν. *Hoc Matthæus est usus, ita videlicet ut habet Hebraicum; quemadmodum & Aquila interpretatus est*. Similiter & Matth. II. 18. legimus: Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι. *Rachel dolens filios suos, & noluit consolationem accipere*, ubi Græca, Jerem. XXXI. 15. Ῥαχὴλ ἀποκλαιομένη οὐκ ἠθέλησε παύσασθαι ἐπὶ τοῖς υἱοῖς αὐτῆς. *Rachel plorans noluit conquiescere super filiis suis*. Cap. IV. 16. Φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς, *Lux exorta est eis*: ubi Græca, Esai. IX. 2. Φῶς λάμψει ἐφ' ὑμᾶς, *Lux exorietur vobis*. Cap. VIII. 17. αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν, *Infirmitates nostras ipse tulit & morbos nostros portavit*: ubi Græca, Esai. 53. 4. οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, *Iste peccata nostra fert & pro nobis dolet*. Cap. XII. 18. Ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ᾑρέτισα, ὁ ἀγαπητός μου εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου. *Ecce puer meus quem elegi dilectus meus in quo complacuit anima mea*: ubi Græca, Esai. XLII. 1. Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλή-

ψομαι

ψομαι αὐτῷ, Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσδέξασθαι αὐτὸν ἡ ψυχή μου. *Jacob puer meus, assumam eum; Israël electus meus, suscepit eum anima mea.* Cap. XXI. 5. ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου. *super asinum, & pullum jumenti.* ubi Græca, Zach. IX. 9. ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον. *Super jumentum & pullum novum.*

Simili ratione & Paulus in epistolâ ad Romanas, Hebraicam secutus lectionem, cap. IX. 17. habet; Εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, *In hoc ipsum suscitavi te:* non Græcam illam, Exod. IX. 16. Ἕνεκεν τούτου διετηρήθης ἔτι σὺ νῦν, *Hâc causâ reservatus es usque nunc.* Cap. X. 15. Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην. *Quàm speciosi sunt pedes euangelizantium pacem!* ubi in Græco legitur, Esaiæ LII. 7. Ὡς ὡραῖ ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὡς πόδες εὐαγγελιζομένου ἀκοὴν εἰρήνης. *Sicut decor super montes, sicut pedes euangelizantis pacem.* Cap. XI. 4. κατάλειμμα, *reliqui*, ubi Græca, III. Reg. XIX. 18. καταλείψεις, *relinques.* Cap. XII. 19. (cum Hebr. 10. 30.) Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω. *Mihi vindicta, ego retribuam.* pro quo in Græco est, Deuteron. XXXII. 35. Ἐν ἡμέρᾳ ἐκδικήσεως ἀνταποδώσω. *In die vindictæ retribuam.* In priore quoque ad Corinthios epistolâ, cap. XIV. 21. ex Esaiæ cap. XXVIII. 11. profert Apostolus. Ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, *In aliis linguis & in labiis aliis loquar populo huic;* ubi Græca interpretatio legit, διὰ φαυλισμὸν χειλέων, διὰ γλώσσης ἑτέρας, ὅτι λαλήσουσι τῷ λαῷ τούτῳ, *Per depravationem labiorum, per linguam alienam, loquentur populo huic:* & in ejusdem epistolæ cap. XV. 54. ex ejusdem Prophetæ cap. XXV. 8. citat, κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος, *Absorpta est mors in victoriam:* ubi in Græcâ versione habetur, κατίσχυσεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, *Devoravit mors prævalens.*

Johannes denique in Euangelio, cap. XIX. 37. cum He-

braicis noſtris codicibus legit, Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, *Aſpicient in eum quem compunxerunt*; non ut in Complutenſi & Romanâ editione legitur, Zachariæ XII. 10. Ἐπιβλέψονται πρός με ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο, & in Latino textu Hieronymi, *Aſpicient ad me pro eo quod inſultaverunt.* licèt Juſtinus Martyr, Tertullianus & Cyprianus alteram illam ex Euangelio lectionem ſequantur: quomodo & apud Zachariam in textu Theodoreti. & codicis MS. Cardinalis Barberini, & antiquiſſimi quod in Angliâ habetur exemplaris Alexandrini, ſcriptum invenitur, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν.

Diverſitatis verò utriuſque hujus verſionis rationem, in hunc Prophetæ locum ſcribens, ita explicat Hieronymus: *Si legatur* דקרו ἐξεκέντησαν, *id eſt, compunxerunt ſive confixerunt, accipitur. Sin autem contrario ordine literis commutatis,* רקדו ὠρχήσαντο, *id eſt, ſaltaverunt intelligitur: & ob ſimilitudinem literarum error eſt natus. Sed Johannes Euangeliſta (qui de pectore Domini hauſit ſapientiam, Hebræus ex Hebræis, quem Salvator amabat plurimùm) non magnoperè curavit quid Græcæ literæ continerent: ſed verbum interpretatus è verbo eſt, ut in Hebræo legerat. & tempore Dominicæ paſſionis dixit eſſe completum.* Et vetus Scholiaſtes in Cardinalis Barberini codice. Ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο· οὕτω μὲν οἱ ὁ. ὁ δὲ Θεοδοτίων ἐτόπησεν. Καὶ ἐπιβλέψονται πρός με ἀνθ' ὧν ἐξεκέντησαν. Ἐπεμνησθημεν δὲ, ὅτι ὅπ τίνων ἐν ἀντίγραφοις τὸ Ἑβραϊκὸν, καὶ ἐν τῇ ἐν τῇ Κοινῇ πεπίκασιν. Pro eo quod inſultaverunt. *ſic quidem* LXX. *ſed Theodotion ita reddidit,* Aſpicient ad me quem compunxerunt. *Notavimus verò, quòd in nonnullis Hebraicum Apoſtoli, & non quod in Communi eſt editione, poſuerint.* Quod obiter hîc obſervare fuerit operæ pretium, ne quis Apoſtolorum illam indulgentiam,

tiam, qui Judæorum Helleniſtarum & Gentium nuper ad fidem converſarum captui ſe accommodantes, ab illis receptâ Scripturâ Græcâ etiam ipſi uti non recuſârunt, ita interpretaretur, ac ſi illam planè authenticam fuiſſe judicâſſent; ita ut nullâ ratione liceret ab eâ diſcedere, neque eam, ubi res requirebat, ex fontium Hebraicorum fide corrigere.

Interim tamen negari non poteſt, tum ex Helleniſtarum & primitivorum Chriſtianorum illo conſenſu, tum ex Apoſtolicâ hâc συγκαταβάσει, ad Græcam iſtam editionem magnum authoritatis pondus acceſſiſſe. Cui poſteà extremus adjectus eſt cumulus: quando apud Alexandrinos Helleniſtas, evaneſcente paulatim quæ in privatorum tantùm manibus habebatur Pentateuchi Moſaicæ à LXXII. Senioribus factâ interpretatione, totius Veteris Scripturæ illa altera, publico jam uſu apud omnes recepta, in illorum nomen irrepſit; ſimúlque ipſi LXXII. virorum operi divina authoritas cœpit adſtrui; novo commento excogitato, quo LXXII. cellulis diviſi à ſe invicem Interpretes, non ſolùm eâdem ſententiâ ſed etiam iiſdem verbis ſingula tranſtuliſſe fingebantur, ita ut ne unâ quidem dictione alius ab alio diſſenſerit. *Quaſi verò, ut Regis Ptolemæi poſtulatis ſatisfieret, opus fuerit ſingulis Interpretibus ſingulos à ſummo Sacerdote tradi MSS. codices, à ſingulis ſigillatim & ſeparatim vertendos; aut quaſi Summus Pontifex divinare potuerit Ptolemæum Regem tale de interpretibus iſtis ſumpturum experimentum, aut verò crediderit morem illi fuiſſe in ejuſmodi experimento gerendum, Deúmque ſine neceſſitate hâc ratione fuiſſe tentandum.* inquit, in libri 4. Criticæ ſuæ ſacræ capite ultimo, vir clariſſimus Ludovicus Cappellus. De quo, & B. Hieronymus, in Epiſtolâ 104. ad Deſiderium; quæ in Pentateuchum Prologus eſt. *Neſcio*

quis primus author. Septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit, quibus diviſi, eadem ſcriptitârint: cùm Ariſteas Ptolemæi ὑπογραφεὺς, & multo poſt tempore Joſephus, nihil tale retulerint; ſed in unâ baſilicâ congregatos, contuliſſe ſcribant, non prophetâſſe.

Certè qui primus Græcum iſtum totius Veteris Teſtamenti Interpretem honorificentiſſimo illo LXX. Seniorum titulo in ſcriptis ſuis ornaviſſe reperitur, idem quoque narrationem hanc literis conſignatam poſteris primus prodidit; vir doctrinâ & ſanctitate conſpicuus. indéque ad perſuadendum hoc aliis magis idoneus, Juſtinus Philoſophus æquè ac Martyr: qui tamen illud non à ſe confictum, ſed à Judæis Alexandrinis acceptum fuiſſe indicat. Sic enim ille, in Oratione ad Gentes Paræneticâ, *Hæc vobis, viri Græci, non ut fabulam neque ut confictam hiſtoriam narramus: ſed qui ipſi Alexandriæ fuerimus, & veſtigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus; & ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus ſibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus.*

Juſtinum verò commonſtratis neſcio quibus veterum ædificiorum obſcuris veſtigiis, non mirum eſt, ſi potuerint Judæi qui tunc Alexandriæ habitabant inducere, ut id crederet quod à ſuis majoribus acceptum ipſi ferebant: cùm hoc ille, vel opinione ſaltem, non ſibi modò ſed omnibus hominibus perſuaſiſſimum planè eſſe cuperet; quippe cui adverſùs & Judæos & Gentes cæteras authoritate illius Græcæ interpretationis aſſiduò eſſet pugnandum. Porrò Juſtini tanti viri, teſtimonium deinde noſtri, ſive Græci ſive Latini, libentiſſimè ſecuti ſunt: quibus eâdem illâ de cauſâ utilis erat illa opinio atque exiſtimatio tanquam vaticinationis ex diviſis cellulis nata. Habet iſta in Præfatione ad Græcam editionem libri Joſuæ, doctiſſimus Maſius. *Et quòd Juſtino Judæi fabulam à ſe confictam*

fictam perſuaſerint, & quaſdam ruinas oſtendentes cellulas eſſe dixerint Septuaginta Interpretum, facilè fieri potuiſſe, nec minùs facilè ut Juſtino viro ſancto fidem habuerint aliqui poſteriores; (*g*) Cardinalis Bellarminus agnoſcit. Atque ut pari facilitate à LXX. Senioribus profecta crederetur vulgata iſta Interpretatio; hæc inſuper acceſſit ratio.

(g) *Bellarm. de Verbo Dei, l. 2. c. 6.*

Inter alia munera LXX. Seniores ad Ptolemæum Philadelphum membranas attuliſſe, in quibus Lex aureis literis linguâ Judæorum erat deſcripta, apud Ariſteam & Joſephum legimus. Quem Ptolemæi Bibliotheca (*h*) tempore Alexandini belli à Julio Cæſare geſti conflagrâſſet, Hebraicum illud Legis exemplar, ſimul cum Græcâ illius Verſione à LXX. factâ periit. Hujus loco, paulo pòſt (*i*) Cleopatra regina novam in Serapeo conſtituit Bibliothecam; quæ prioris *filia* eſt dicta: ut in libro de menſuris & ponderibus docet Epiphanius. Ad eam ornandam, Herodes Judæorum tum rex libros ſacros inſtrumenti Veteris Hebraicâ linguâ conſcriptos miſit, ac Græcam eorundem, quæ Heleniſtis in Syriâ & Palæſtinâ tum in uſu erat, interpretationionem, ab aliquibus Hebraicæ linguæ peritis (ut videtur) recognitam, & pluribus in locis emendatam: (ne enim in * eorum concedamus ſententiam, qui *Prophetarum* libros ex Hebraico tunc primùm converſos fuiſſe autumant, præter alia, Siracidæ in Eccleſiaſtici Prologo nos cohibet authoritas:) quantum ex Juſtini Martyris 2. pro Chriſtianis ad Antoninum Pium Apologiâ colligere licet, mirâ quâdam ἀβλαβίᾳ, Ptolemæi Philadelphi & Cleopatræ bibliothecarum hiſtoriam commiſcentis; ac ſi Ptolemæi illius tempore ullus Judæorum rex Herodes extitiſſet: In quem errorem & Tertullianum & Chryſoſtomum quoque incidiſſe videmus: priore *ipſas Hebraicas literas*, po-

(h) *Vid. Annal. noſtr. ad ann. Periodi Julian. 4666. ante æram Chriſt. 48. (pag. 341.)*

(i) *Vid. ibid. an. Per. Jul. 4676. ante æ. Chriſt. 38. pag. 433, 434.)*

* *Fr. Turrii & Sixt. Senii.*

posteriore *libros Prophetices Græcè conversos*, in *Ptolemaicâ* bibliothecâ ad sua usque tempora extitisse affirmante, eámque hoc pacto cum *Cleopatrinâ* perperàm confundente.

Verba Tertulliani in Apologetici sui cap. 18. hæc sunt. *Hodie apud Serapeum Ptolemæi bibliothecæ cum ipsis Hebraicis literis exhibentur.* Ad quæ clarissimus Lipsius, in Syntagmate de Bibliothecis cap. 2. *Nota*, inquit, *Ptolemæi bibliothecas dici: etsi reverâ non illæ jam essent, sed consimiles, & primogenii illi Hebraici libri, unáque* LXX. *Interpretatio, flammâ periissent. Tamen ecce, tanta authoritas & fides ab antiquo ejus bibliothecæ, ut Tertullianus gentiles eò advocet aut amandet.*

(k) Tomo 6. coll. Græc. Salmasian. pag. 373. Johannis Chrysostomi, in Oratione contra Judaizantes & cum eis jejunia celebrantes, verba sunt ista. (*k*) Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος τὰς πανταχόθεν βίβλους συναγαγὼν, ἐμαθεν ὅτι καὶ παρὰ Ἰουδαίοις ἦσαν γεγραμμένα περὶ Θεοῦ φιλοσοφούμενα καὶ πολιτείας ἀρίστης, μεταπεμψάμενος ἄνδρας ἐκ τῆς Ἰουδαίας, ἠρμήνευσεν αὐτὰς δι' ἐκείνων, καὶ ἀπέθετο εἰς τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν (καὶ γὰρ ὁ Ἕλλην ὁ αὐτὸς) καὶ μέχρι νῦν, ἐκεῖ τὴν περιττὴν αὐτῶν ἑρμηνευθεῖσαν βίβλον, μένει. *Cùm Ptolemæus Philadelphus, libris undique collectis, cognovisset apud Judæos etiam extare scripta quæ de Deo atque optimâ Reipublicæ formâ agerent; accersitis è Judæâ viris, in Græcum illa ipsa per eos convertenda curavit, atque in Serapidis templum (erat enim homo Græcus) reposuit: atque in hunc diem usque librorum Propheticorum interpretatio ibi servatur.*

(l) Baron. ann. Christi. 231. num. 32. Neque quicquam officit, quod à (*l*) Baronio tantâ cum confidentiâ hîc objicitur. *Qui, obsecro, usquam potuerit id vel somniâsse Chrysostomus, cùm constet anno secundo Commodi Serapidis templum fuisse combustum, ac rursus, antequam idem S. Johannes Chrysostomus ea scriberet, sub Theodosio Seniore funditùs esse dirutum?* Etsi enim sub

ſub Commodo à templo Serapidis ignis non abſtinuerit, (ut, qui tum apud Alexandrinos claruit, in Protreptico ſuo retulit Clemens:) totum tamen Templum non fuiſſe abſumptum, ſed porticus ſaltèm illius, in quibus erat Bibliotheca, ſuperſtites fuiſſe relictas, ex citato Tertulliani teſtimonio manifeſtiſſimum eſt. De templis quoque Alexandrinis, ſuo tempore extantibus, in libro 22. agens Ammianus Marcellinus, inter ea *eminere Serapéum* ſcribit, *in quo Bibliotheca fuerunt inæſtimabiles.* Quod quidem Serapéum, anno demùm Æræ Chriſtianæ 389. *(m)* cum reliquis Ægypti Templis idolorum cultui dicatis, juſſu Theodoſii exciſum eſt: libris quoque direptis, ut ex (*n*) Oroſio intelligimus, qui & eorum armaria exinanita ipſe ſe vidiſſe teſtatur. Verùm ante cladem illam à Johanne Chryſoſtomo, Antiochiæ habita fuit quam citavimus adverſùs Judaizantes oratio, proximè poſt primam περὶ ἀκαταλήπτου contra Anomæos: ut ex Prœcemio tum hujus, tum 2. contra Anomæos otationis liquet. Illos verò adverſùs Anomæos Sermones à Johanne adhuc Diacono (ideóque ante annum 386. quo Presbyter ille eſt ordinatus) fuiſſe editos, (*p*) Socrates, (*q*) Georgius Alexandrinus, Leo Imperator, & vitæ ipſius ſcriptor Anonymus confirmant. Ut quid hîc, de oratione quam nunquam viderat, tam aſſeverantèr Baronius pronunciaverit, minùs curandum fuerit.

(m) *Ruffin. hiſtor. l. 2. c. 22, 23. Marcellin. Comes, in chronico.*

(n) *Oroſ. l. 6. c. 15.*

(p) *Socr. liſt. r. Eccl. l. 6. c. 3.*

(q) *Tom. 8. oper. Chryſoſt. edit. Savilian. p. 176, 173 & 307.*

Quod igitur Tertulliano & Chryſoſtomo, idem etiam & aliis accidit; ut, utriuſque Bibliothecæ diverſitate vel prorſus ignoratâ vel minùs attentè conſideratâ, Hebraicam Scripturam & Græcam illius interpretationem, quæ in Serapéo ſuo tempore extabant, ea ipſa ἀυτόγραφα fuiſſe crederent, quæ à LXX. Senioribus acccepta Ptolemæus Philadelphus in bibliothecâ ſuâ primò repoſuerat.

CAP. IV.

De Editione quæ germana LXX. *Seniorum habebatur, & eâ quæ* Κοινὴ *sive communis est dicta: & quænam inter utramque extiterit differentia. De Justini Martyris citationibus; & locis quæ ab ipso ex codicibus Græcis à Judæis subducta fuisse putantur.*

GRæcæ hujus totius Veteris Testamenti interpretationis, quæ LXX. Seniorum titulo tandem est nobilitata, duæ apud Veteres extiterunt editiones: altera ut sincera LXX. versio æstimata, quæ in Alexandrinâ bibliothecâ reposita & in Origenis Hexaplis collocata est; altera, maximâ quidem ex parte illi respondens sed multis tamen in locis ab eâ discedens, quæ, quoniam communiori erat in usu Κοινὴ sive vulgata est appellata. In reliquis enim etiam libris illud locum habuit, quod in epistolâ 135. ad Suniam & Fretelam de *Psalterio* adnotavit Hieronymus. *Illud brevitèr admoneo, ut sciatis aliam esse editionem quam Origines, & Cæsariensis Eusebius, omnésque Græciæ tractatores* Κοινὴν, *id est, communem appellant atque Vulgatam, & à plerisque nunc* Λουκιανὴ *dicitur; aliam Septuaginta Interpretum, quæ & in* ἑξαπλοῖς *codicibus reperitur, & à nobis in Latinum sermonem fideliter versa est, & Hierosolymæ atque in Orientis Ecclesiis decantatur.* Et paulo pòst. Κοινὴ *autem ista, hoc est, Communis editio, ipsa est*

quæ

quæ & Septuaginta. Sed hoc interest inter utramque: quòd Κοινῆς *pro locis & temporibus & pro voluntate Scriptorum veterum corrupta editio est; ea autem quæ habetur in* ἑξαπλοῖς, *& quam nos vertimus, ipsa est quæ in eruditorum libris incorrupta & immaculata Septuaginta Interpretum translatione servatur. Quicquid ergo ab hâc discrepat, nulli dubium est quin ita & ab* Hebræorum *authoritate discordet.* Ubi correctorum temeritate, quibus ea quæ non intelligunt emendando depravare mos est, pronominis *eorum* loco, *Hebræorum* nomen substitutum est: quum sensus sit planissimus; ubicunque Κοινὴ sive communis editio aliam ab eâ, quæ in Hexaplis *incorrupta & immaculata Septuaginta Interpretum translatio* habebatur, lectionem exhiberet, nulli dubium esse potuisse, quin hæc *ab eorum*, (id est, Septuaginta Interpretum) *authoritate discordaret.*

Quod discrimen quum B. Hilario satis non fuisset perspectum; in titulo Psalmi CXLIII. (vel CXLIV. secundùm Hebræos) subditicium illud additamentum, περὶ τοῦ Γολιάθ, *in Goliam*, à LXX. profectum fuisse credidit, quod tamen apud LXX. in *Hexaplo* inventum non fuisse, ex Theodoreti commentario didicimus. Licèt enim vetus ille Scholiastes ex Cardinalis Barberini MS°. ad locum Zachar. XII. 10. in præcedente capitulo à nobis productus, similitèr editionem τῶν ὁ & Κοινὴν pro eâdem ibi sumpsisse posset videri: eas tamen paulò póst satis apertè distinguit; admonitione repetitâ, ὅτι διαφόρως οἱ ἀπόστολοι ποτὲ τῇ τῶν ὁ, ἄλλοτε τῇ Κοινῇ, ἄλλοτε τῷ Ἑβραϊκῷ ἀκολουθοῦντες, παραπέφυκε τὰς χρήσεις. *Quòd indifferenter Apostoli aliquando editionem* LXX. *nonnu quam* Κοινὴν *sive vulgatam nonnunquam Hebraicam sequentes, proponunt testimonia.*

Si Latina illa Psalterii versio, ab Hieronymo tam fidelitèr perfecta, adhuc extaret; ex illius collatione quan-

ta inter LXX. & communem editionem esset discrepantia, facilè potuissemus intelligere. Sed quum ea jam perierit, ex ipsâ illâ epistolâ differentiarum aliquod hîc specimen exhibere visum est: Psalmorum numero, juxta Græcorum dispositionem, annotato; & asteriscis ad ea loca appositis, quæ ad Hebraicam veritatem magis accedunt.

Psalmo. LXX.	*Vulgata.*
V. 8. * Κατεύθυνον ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου. *Dirige in conspectu meo viam tuam.*	Κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου. *Dirige in conspectu tuo viam meam.*
XXII. 5. * τὸ ποτήριόν μου. *Calix meus.*	Τὸ ποτήριόν σου. *Calix tuus.*
XXX. 4. * Σὺ εἶ ὑπερασπιστής μου. *Tu es Protector meus.*	Σὺ εἶ ὁ ὑπερασπιστής μου, Κύριε. *Tu es Protector meus, Domine.*
XXXI. 2. * Οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. *Nec est in Spiritu ejus dolus.*	Οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. *Non est in ore ejus dolus.*
—XXXIX 13. Εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες. *Ad adjuvandum me respice.*	* Εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. *Ad adjuvandum me festina.*
—XL. 6. * Καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν. *Et si ingrediebatur ut videret.*	Καὶ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν. *Et ingrediebatur ut videret.*
—XLI. 10. Ὠνείδισάν με οἱ θλίβοντές με. *Exprobraverunt mihi qui tribulant me.*	Ὠνείδισάν με οἱ ἐχθροί μου. *Exprobraverunt mihi inimici mei.*
XLVII. 4. * Οἱ βασιλεῖς συνήχθησαν. *Reges congregati sunt.*	Οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς συνήχθησαν. *Reges terræ congregati sunt.*
9. * Ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ σου *In medio templi tui.*	Ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου. *In medio populi tui.*

LVIII. 11. * Μήποτε ἐπιλάθωνται τῶ λαῶ μυ. *Ne quando obliviſcantur populi mei.*

Μήποτε ἐπιλάθωνται τῦ νόμυ συ. *Ne quando obliviſcantur legis tuæ.*

—LX. 5. * Σὺ ὁ Θεός. *Tu Deus.*

Σὺ ὁ Θεός μυ. *Tu Deus meus.*

LXVII 24. * Ἐθεώρησαν τὰς πορείας συ. *Viderunt ingreſſus tuos.*

Ἐθεωρήθησαν αἱ ἐισοδειαί συ. *Viſi ſunt ingreſſus tui.*

LXXI. 18. * Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ. *Benedictus Dominus Deus, Deus Iſrael.*

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τῦ Ἰσραὴλ. *Benedictus Dominus, Deus Iſrael.*

19. Εἰς τὸν αἰῶνα. *In æternum.*

Εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς αἰῶνα τῦ αἰῶνος. *In æternum, & in ſeculum ſeculi.*

LXXII. 7. Ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. *Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum.*

Ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. *Prodibit quaſi ex adipe iniquitas eorum.*

——— 11. * Πῶς ἔγνω ὁ Θεός; *Quomodo ſcivit Deus?*

Πῶς ἔγνω; *Quomodo ſcivit?*

28. * Τῦ ἐξαγγεῖλαι πάσας τὰς ἀπαγγελίας συ. *Ut annunciem omnes prædicationes tuas.*

Τῦ ἐξαγγεῖλαι πάσας τὰς αἰνέσεις συ. *Ut annuncicm omnes laudes tuas.*

LXXIII. 8. * Κατακαύσωμεν πάσας τὰς ἑορτὰς τῦ Θεῦ ἀπὸ τῆς γῆς. *Incendamus omnes dies feſtos Dei à terrâ.*

Καταπαύσωμεν πάσας τὰς ἑορτὰς τῦ Κυρίυ ἀπὸ τῆς γῆς. *Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Domini à terrâ.*

23. * Μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν ἐχθρῶν συ. *Ne obliviſcaris vocis inimicorum tuorum.*

Μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν ἱκετῶν συ. *Ne obliviſcaris vocis deprecantium te.*

——— LXXVI. 6. Ἔσκαλλεν τὸ πνεῦμά μυ. *Rimabatur Spiritus meus.*

Ἔσκαλλε τὸ πνεῦμά μυ. *Rimabatur Spiritus meus.*

—LXXVII. 31. * Ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς (*) πίοσιν αὐτῶν. *Occâdit pingues eorum.*

Ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν. *Occâdit plures eorum.*

(*) Ità enim in Hieronymo legendum LXX. *Et Theodotio & Quinta editio,* ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν. *Quod quidam non intelligentes, pro interpretatione ſcripturæ,* ἐν τοῖς πλείοσιν.

----LXXXV. 15. * Καὶ σὺ Κύριε ὁ Θεός. *Et tu Domine Deus.*

Καὶ σὺ Κύριε ὁ Θεός μυ. *Et tu Domine Deus meus.*

LXXXVIII. 19. * Τότε ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς ὁσίοις σου: *Tunc locutus es in visione sanctis tuis.*

Τότε ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς υἱοῖς σου. *Tunc locutus es in visione filiis tuis.*

LXXXIX. 2. * Σὺ εἶ Θεός. *Tu es Deus.*

Σὺ εἶ. *Tu es.*

CI. 10. * Ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς καὶ τοῦ θυμοῦ σου. *A facie iræ & indignationis tuæ.*

Ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου καὶ τοῦ θυμοῦ σου. *A facie iræ tuæ & indignationis tuæ.*

CIII. 18. * Πέτρα καταφυγὴ τοῖς λαγωοῖς. *Petra refugium leporibus.*

Πέτρα καταφυγὴ τοῖς χειροχμηλίοις. *Petra refugium erinaciis.*

CIV. 42. * Ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς Ἀβραὰμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. *Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham servum suum.*

Ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, ὃν διέθετο πρὸς Ἀβραὰμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. *Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod disposuit ad Abraham servum suum.*

CIX. 2. * Ῥάβδον δυνάμεως σου ἐξαποστελεῖ Κύριος. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus.*

Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος. *Virgam virtutis emittet tibi Dominus.*

Ibid. * Κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. *Dominare in medio inimicorum tuorum.*

Καὶ κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. *Et dominare in medio inimicorum tuorum.*

CXVIII. 109. * Ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί μου διαπαντός. *Anima mea in manibus meis semper.*

Ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί σου διαπαντός. *Anima mea in manibus tuis semper.*

CXXXVII. 2. * Ὅτι ἐμεγάλυνας ἐπὶ πᾶν τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου. *Quoniam magnificâsti super omne nomen sanctum tuum.*

Ὅτι ἐμεγάλυνας ἐπὶ πάντας τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου. *Quoniam magnificâsti super omnes nomen sanctum tuum.*

CXXXVIII. 4. * Ὅτι οὐκ ἔστι λόγος ἐν γλώσσῃ μου. *Quia non est sermo in linguâ meâ.*

Ὅτι οὐκ ἔστι δόλος ἐν γλώσσῃ μου. *Quia non est dolus in linguâ meâ.*

Simi-

Similes quoq; inter LXX. & Vulgatam editionem differentiæ, ad textum Esaiæ, Parisiis cum commentariis Procopii Gazæi à Jo. Curterio ex vetustissimo Renati Marchali codice editum, habentur annotatæ: quarum exemplum & hîc visum est subjicere.

Esaiæ. LXX.	*Vulgatæ.*
I. 29. καταισχυνθήσονται. *Pudefient.*	αἰσχυνθήσονται. *Pudefient.*
II. 12. ταπεινωθήσεται. *Humiliabitur.*	ταπεινωθήσονται. *Humiliabuntur.*
III. 9. ἀπήγγειλαν. *Annunciârunt.*	Ἀνήγγειλαν. *Renunciârunt.*
17. ἀναγαλύψει. *Retegei.*	Ἀποκαλύψει. *Revelabit.*
V. 2. Ἐκλεκτὸν. *Electum.*	Σωρεκ. *Sorec.*
14. Τὸ στόμα. *Os.*	*Τὸ στόμα αὐτῆς. *Os ſuum.*
16. Ἐν κρίσει. *In judicio.*	Ἐν κρίματι. *In judicio.*
28. * Αἱ ὁπλαὶ. *Ungulæ.*	Οἱ πόδες. *Pedes.*
VI. 5. * Ἐσιώπησα. *Tacui.*	κατανένυγμαι. *Compunctus ſum.*
IX. 3. *Οὐκ ἐμεγάλυνας. *Non magnificâſti.*	κατήγαγες. *Deduxiſti.*
8. * Λόγον. *Verbum.* דבר.	Θάνατον. *Mortem,* דבר.
X. 4. * Ἡ ὀργή. *Ira*	Ὁ θυμός. *Furor.*
24. * Ἐπαρεῖ. *Elevabit.*	Ἐπάξω. *Inducam.*
30: * Λαῖσα. *Laïsa.*	Καῖσα. *Kaïsa.*
33. Καὶ οἱ μετέωροι ταπεινωθήσονται. *Et ſublimes humiliabuntur.*	Καὶ οἱ ὑψηλοὶ τῇ ὕβρει ταπεινωθήσονται. *Et excelſi ſuperbiâ conterentur.*

XI.

XI. 4. Πτωχὸς τῆς γῆς. *Pauperes terræ.* | Ταπεινὸς τῆς γῆς. *Humiles terræ.*

7. Ὡς βουκάλιον. *Ut bucula.* | Ὡς βοῦς. *Sicut bos.*

XIV. 1. Προσήλυτος. *Proselytus.* | Γειώρας. *Advena.* גר

17. * Τοὺς δεσμίους. *Vinctos.* | Τοὺς ἐν ἀποικισμῷ. *Eos qui in abductione erant.*

XVI. 4. * Ἐκ τῆς γῆς. *Ex terrâ.* | Ἐπὶ (Vatic. ἀπὸ) τῆς γῆς. *In* (vel à) *terrâ.*

XVIII. 7. * Ἀπὸ λαοῦ φοβεροῦ. *à populo terribili.* | Ἀπὸ λαοῦ μεγάλου. *à populo magno.*

XXI. 15. Διὰ τὸ πλῆθος τῶν πεφευγότων. *Propter multitudinem occisorum.* | * Διὰ τὸ πλῆθος τῶν φευγόντων. *Propter multitudinem fugientium.*

XXII. 1. Πολέμου. *Bello.* | πολέμων, vel πολέμων. *Belli* vel *Bellorum.*

XXIV. 5. * Διεσκέδασαν διαθήκην. *Dissipârunt testamentum.* | Διαθήκην. *Testamentum.*

XXV. 1. Πίστεις. *Fide.* | Γένοιτο. *Fiat.*

XXVI. 14. * Οὐ μὴ ἀναστήσωσιν οἱ νεκροί, οὐδὲ ζωοποιήσουσι. *Non resurgent mortui, neque vivificabunt.* | Οἱ νεκροὶ ζῶσιν οὐ μὴ ἴδωσιν, οὐδὲ ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσωσι. *Mortui vitam non videbunt, neque medici suscitabunt.*

XXIX. 17. Μικρὸν βραχύ. *In modico & in brevi.* | Μικρόν, *in modico.*

XXXVIII. 6. Ῥύσομαί σε. *Liberabo te.* | Σώσω σε. *Servabo te.*

XL. 4. Εἰς τὰ πεδία. *In campos.* | * Εἰς ὁδοὺς λείας. *In vias planas.*

XLI. 16. * Λικμήσεις αὐτούς. *Ventilabis eos.* | Λικμύσεις. *Ventilabis.*

XLIII. 23. * οὐκ ἐδούλωσά σε (al. οὐ καταδεδουλωσάμην σε, *Servire te feci.* | οὐκ ἐδούλωσας. *Non servivisti.*

XLIV. 14. Πίτυν. *Pinum.*	ο
XLIX. 10. Διψάσουσιν. *Sitiunt.*	Διψήσουσιν. *Sitient.*
23. οἱ ὑπομένοντές με. *Expectantes me.*	Οἱ ὑπομένοντές με. *Expectantes me.*
24. * αἰχμαλωτίζων δίκαιον θεσμοθήσεται; *Captivum ducens juſtum, ſalvabitur?*	Ἐὰν αἰχμαλωτεύσῃ τὶς ἄδικον, σωθήσεται; *Si captivum quis duxerit injuſtè, ſalvabitur?*
L. 1. Ποῖον τὸ βιβλίον; *Qualis eſt liber?*	* Ποῖον τοῦτο βιβλίον; *Qualis eſt ille liber?*
2. Διότι ἦλθον. *Quia veni.*	Τί, ὅτι ἦλθον; *Quid, quia veni?*
9. * Βοηθήσει μοι. *Auxiliabitur mihi.*	Βοηθεῖ μοι. *Auxiliatur mihi,*
LI. 12. * Τίς ἦσα φοβήσῃ: *Quæ fueris & timueris.*	Πῶς ἐυλαβηθεῖσα φοβήσῃ. *Quem veritа timueris.*
23. Τὰ μέσα σου. *media tua.*	Τὰ μετάφρενά σου. *Dorſatua.*
LII. 12. ἀπελεύσεσθε. *Abibitis.*	Πορεύσεσθε. *Ibitis.*
LVII. 12. * Ὠφελήσει. *Prodeſt.*	Ὠφελήσουσι. *Proderunt.*
LIV. * 10. Διαψηλαφήσομεν. *Palpabimus.*	Ψηλαφήσουσιν. *Palpabunt.*
—13. ὄπισθεν. *Ante.*	ἀπὸ ὄπισθεν. *Ab ante,*
LXII. 1. * Σωτήριον αὐτῆς. *Salutare illius.*	* Σωτήριόν μου. *Salutare meum.*
8. Ὤμοσε Κύριος κατὰ τῆς ἰσχύος αὐτοῦ.	Ὤμοσεν Κύριος κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ. *Juravit Dominus per gloriam ſuam* (Rom.) Δεξιᾶς αὐτοῦ. *Dexteram ſuam.* Hier.
LXVI. 8. ἢ καὶ ἐτέχθη ἔθνος. *Vel etiam nata eſt gens.*	* εἰ καὶ ἐτέχθη ἔθνος; *Numquidtiam nata eſt gens?*

Ita etiam Hoseæ cap. I. commate 2. ubi LXX. (ut in eodem codice habetur) legebant. Ἀρχὴ λόγου Κυρίου πρὸς Ὡσηέ, *Principium verbi Domini ad Oseam*; Vulgata editio legit, Ἀρχὴ λόγου Κυρίου ἐν Ὡσηέ. *Principium verbi Domini in Oseâ.* & commate 4. ubi LXX. (ut & Romana editio) καταπαύσω, *quiescere faciam*; Vulgata, ἀποστρέψω, *avertam.* & cap. IV. 15. ubi LXX. (cum editione Romanâ) τὸν οἶκον Ὼν, *Domum On* (vel *Aven*;) Vulgata (cum Theodotione) τὸν οἶκον τῆς ἀδικίας, *domum iniquitatis.* Cap. V. 3. ubi nos legimus, Ἰσραὴλ οὐκ ἀπέστη ἀπ' ἐμοῦ, *Israël non recessit à me*; Θ. καὶ οὐ δ. (ut in codicis Cardinalis Barberini scholiis habetur) *Theodotion* & LXX. οὐκ ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ, *non abest à me* (id est, me non latet, ut à Symmacho est expressum) legerunt.

Quòd tot inlocis editio in Alexandrinâ bibliothecâ reposita, indéq; pro germanâ τῶν LXX habita, propiùs quàm Κοινὴ seu Vulgata ad Hebraicam accedat veritatem, emendationibus Herode procurante factis tribuendum esse existimo: quas Κοινὴ illi, quæ apud Helleniſtas Palæstinos erat vulgata, fuisse adhibitas, & loci in quo Herodes regnavit consideratio suadet, & Græcorum quibus Justinus Martyr usus est codicum cum nostris collatio ampliùs confirmat. Neque enim illius quæ inter utrosque intercedit differentiæ ratio reddi potest ulla commodior; quàm quòd ille, Græcus quidem Philosophus sed gente Samaritanus, in Palæstinâ degentium Helleniſtarum editionem secutus hîc fuerit: cùm nostri libri ex Κοινῇ, sive Communi illâ alterâ, maximâ saltem sui parte constent. Ut huc referenda fuerint, quæ ex Justini Dialogo cum Tryphone Judæo à D. Vaillanto in Dissertatiunculâ de locis ab Apostolis ex Vetere Testamento citatis, in eum finem sunt producta, ut Justinum probet, quasi deditâ operâ, à versione Græcâ

Græca τῶν ἑ (quam tantopere venerabatur) diſceſſiſſe.

Amos.

Juſtin.	*Vulgata.*
VI. 1. Οὐαὶ οἱ πρωτοκαθεδρῖται. -- ὠνομασμένοι ἐπὶ τοῖς ἀρχηγοῖς ἀπαρχὰς ἐθνῶν. *Væ qui delicijs affluitis.* -- *nominati in principibus vindemiarunt primitias gentium.*	Οὐαὶ τοῖς ἐξουθενοῦσι. -- ἀπαρχὰς γνωσαν ἀρχὰς ἐθνῶν. *Væ iis qui deſpiciunt.* -- *vindemiarunt primitias gentium.*
2. Διάβητε πάντες εἰς Χαλάνην καὶ ἴδετε, καὶ πορεύθητε ἐκεῖθεν εἰς Ἐμὰθ τὴν μεγάλην. *Tranſite omnes in Chalanen, & videte, & proficiſcimini inde in Amath magnam.*	Διάβητε πάντες καὶ ἴδητε, καὶ ἐλθετε ἐκεῖθεν εἰς Ἐμαθ ραββά. *Tranſite, omnes & videte: & pertranſite inde in Emath rabba.*
6. Οἱ πίνοντες ἐν φιάλαις οἶνον. *Qui bibitis in phialis vinum.*	Οἱ πίνοντες τὸν οἶνον τὸν διυλισμένον οἶνον. *Qui bibitis vinum defæcatum.*
7. Τῶν δυνατῶν τῶν ἀποικιζομένων, καὶ μεταστήσεται οἶκημα κακούργων. *Potentium migrantium, & evertetur ſedes maleficorum.*	Τῶν δυναστῶν. *Potentum.*

Micha.

Juſtin.	*Vulgata.*
IV. 1. Ἕτοιμον ἐπ' ἀκρα τῶν ὀρέων, ὑπερμένον αὐτὸ ὑπὲρ τοὺς βουνὸς, καὶ ποταμὸν θήσουται ἐπ' αὐτῷ λαοί. *Paratus ſuper ſummitatem montium, elevatus ipſe ſuper colles; & fluminponent in eo populi.*	Ἕτοιμον ὁπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ μετεωρισθήσεται ὑπερέχων τῶν βουνῶν, καὶ σπεύσουσι πρὸς αὐτὸ λαοί. *Præparatus ſuper vertices montium; & elevabitur ſuper colles; & feſtinabunt ad eum populi.*
2. Φωτίσουσιν ἡμᾶς. *Illuminabunt nos.*	Δείξουσιν ἡμῖν. *Oſtendent nobis.*
3. Τὰς ζιβύνας. *Fugiones.*	Τὰ δόρατα. *Haſtas.*

4. καὶ καθίσεται ἀνήρ. *Et ſedebit vir.*	Καὶ ἀναπαύσεται ἕκαστος. *Et requieſcet unuſquiſque.*
Ibid. Κύριε τῶν δυνάμεων. *Domini virtutum.*	Κύριε παντοκράτορ. *Domini omnipotentis.*
5. Ἐν ὀνόματι θεῶν αὐτῶν, *In nomine Deorum ſuorum.*	Ἕκαστος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. *Unuſquiſque viam ſuam.*
6. Τῶν ἐκτριβομένων. *Contribulatam,*	Τῶν συντετριμμένων. *Contritam.*
ibid. Καὶ τῶν ἀπωσμένων ἀφ' ὑμῶν, καὶ τῶν ἐκκεκωμένων. *Et abjectam congregabo, & quam afflixi.*	Καὶ τῶν ἐξωσμένων ἀπ' Ἐξόμαι, καὶ ὃν ἀπεσάμην. *Et eam quæ ejecta fuerat ſuſcipiam, & quos repulcram.*

In eodem cum Tryphone Dialogo, quatuor de Chriſto Servatore producit teſtimonia, quæ ex LXX. Seniorum verſione ſublata fuiſſe affirmat: quorum ſecundum, ex Jeremiæ cap. XI. 19. deſumptum, quod nuper admodum ex quibuſdam tantùm codicibus abraſum, in aliis exemplaribus, quæ in Judæorum (Helleniſtarum) Synagogis aſſervabantur, retenta fuiſſe ait, in omnibus noſtris libris adhuc reperitur integrum. Primum verò, ex libri Eſdræ VI. capitulo deſumptum, eſt hujuſmodi. Καὶ εἶπεν Ἔσδρας τῷ λαῷ. Τοῦτο τὸ πάσχα ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ ἡ καταφυγὴ ἡμῶν. Καὶ ἐὰν διανοηθῆτε, καὶ ἀναβῇ ὑμῶν ὅτι τῶν καρδίαν ἐπὶ μέλλομεν αὐτὸν ταπεινοῦν ἐν σημείῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐλπίσωμεν ἐπ' αὐτὸν, οὐ μὴ ἐρημωθῇ ὁ τόπος οὗτος εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, λέγει ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων. ἐὰν δὲ μὴ πιστεύσητε αὐτῷ μηδὲ εἰσακούσητε τῷ κηρύγματος αὐτοῦ, ἔσεσθε ἐπίχαρμα τοῖς ἔθνεσι. Quod apud Lactantium, libro 4. Inſtitut. cap. 18. ità Latinè legitur. *Et dixit Eſdras ad populum, Hoc paſcha Salvator noſter eſt, & refugium noſtrum. Cogitate, & aſcendat in cor veſtrum, quoniam habemus humiliare eum in ſigno: & poſt hæc ſperabimus in eum, ne deſeratur hic locus*

in

in aternum tempus, dicit Dominus Deus virtutum. Si non crediderit is ei, neque audieritis annunciationem ejus; eritis derisio in gentibus.

Tertium teſtimonium ex Jeremiâ reſectum fuiſſe dicitur. Ἐμνήσθη δὲ Κύριος ὁ Θεὸς τῶν νεκρῶν αὐτοῦ τῶν κεκοιμημένων εἰς γῆν χώματος, καὶ κατέβη πρὸς αὐτοὺς εὐαγγελίσασθαι αὐτοῖς τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Quod apud Irenæum, lib. 5. cap. 26. (vel 31. ut Feuardentius diſtinguit) ita citatum reperitur. *Commemoratus eſt Dominus ſanctorum mortuorum ſuorum, eorum qui ante dormierunt in terram ſtipulationis,* (fortè, *ſepelitionis*;) *& deſcendit ad eos, extrahere eos, & ſalvare eos.* Quartum & ultimum, ex Pſalmi XCV. (vel XCVI. ſecundùm Hebræos) verſiculo 10. eſt petitum. ubi cùm legeretur, Εἰπατε ἐν τοῖς ἔθνεσι, ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου, *Dicite in gentibus, Dominus regnavit à ligno:* à Judæis verba illa, ἀπὸ τοῦ ξύλου, *à ligno*, eraſa fuiſſe dicuntur. Quæ in antiquis quidem Latini Pſalterii habentur editionibus, Italâ, Romanâ, & Hiſpanorum Gothicâ; indéque à Latinis citantur Patribus, Tertulliano, (in libro contra Judæos, & lib. 3. in Marcionem) authore tractatûs de montibus Sina & Sion qui Cypriano adſcribitur, & Commentariorum in I Corinth. XV. tributorum Ambroſio, Leone in Sermone 4. de Paſſione, atque Pſalmi ipſius Interpretimus, Auguſtino, Caſſiodoro, & juniore Arnobio. licèt non ab Hebræis ſolùm ſed etiam Græcis omnibus codicibus ea jam abſint, ipſáque Latini è Græco traducti Pſalterii editione Gallicanâ, quæ Romanæ Eccleſiæ hodie eſt in uſu.

Ejuſdem quoque generis & illa ſunt, quæ ex III. Regum cap. VIII. vel IX. à Lactantio producuntur, lib. 4. cap. 18. *Quòd ſi avertimini à me, dicit Dominus, & non cuſtodieritis veritatem meam; rejiciam Iſraël à ter-*

rã quam dedi illis, & domum hanc quam ædificavi illis in nomine meo, projiciam illam ex gentibus: & erit Israël in perditionem & opprobrium populo. Et domus hæc erit deserta: & omnis qui transibit per illam admirabitur, & dicet; Propter quam rem fecit Dominus terræ huic & domui huic hæc mala? & dicent: Quia reliquerunt Dominum Deum suum, & persequuti sunt Regem suum, dilectissimum Deo, & cruciaverunt illum in humilitate magnâ; propter hoc importavit illi Deus mala hæc. Quæ utrum à Judæis ex tam immenso codicum numero subducta, an paucioribus quibusdam exemplaribus à Christiano aliquo addita, judicandum aliis relinquo.

Illud certè negari jure non potest, testimonia ex variis Scripturæ loci à Paulo Apostolo in 3. Epistolæ ad Romanos capitulo coacervata, in Psalmi XIII. (vel XIV. juxta Hebræos) editionem Vulgatam Græcam à Christiano aliquo simul fuisse insulta: quemadmodum in Origenis Commentario, ad illum Apostoli locum, & Hieronymi Præfatione libri 16. Commentariorum in Esaiam, plenius apparet. Quod idem etiam de loco illo ad calcem libri Jobi adjecto, & ab Origene in epistolâ ad Julium Africanum commemorato, est sentiendum. Γέγραπται δὲ, αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀνέστησεν. *Scriptum autem est, ipsum rursus resurrecturum cum iis quos resuscitat Dominus.* Illud enim ex Jobi XIX. 25, 26, 27. & Matthæi XXVII. 52, 53. collatione fuisse derivatum, vix est ut ego quidem addubitem.

CAP.

CAP. V.

De vulgatâ Editione Græcâ, obelis & asteriscis ab Origene distinctâ. De Tetraplis & Hexaplis ejusdem. De duplicis editionis τῶν ο΄ in Hexaplis conjugatione: Simplicis atque incorruptæ unius, cujusmodi in Alexandrinâ Bibliothecâ extabat; Communis alterius, ab Origene emendatæ, atque obelis & asteriscis insignitæ. De Octaplis ab Epiphanio, iisdemque Hexaplis ab Eusebio nominatis.

QUid in Græcæ editionis emendatione Origenes effecerit, tractatu 8. in Matthæum ita ipse explicat. *In exemplaribus Veteris Testamenti quacunque fuerunt inconsonantia, Deo præstante, coaptare potuimus, utentes judicio cæterarum editionum. Ea enim quæ videbantur apud Septuaginta dubia esse propter dissonantiam* (ita enim legendum; non, *consonantiam*) *exemplarium, facientes judicium ex editionibus reliquis convenientia servavimus. Et quædam quidem* [obelo] *notavimus quasi non posita in Hebræo, non audentes ea omnia auferre: quædam autem cum asteriscis addidimus: ut sit manifestum quonium quæ non fuerunt posita apud Septuaginta, ex editionibus cæteris addidimus convenienter Hebræo.*

chum:

De eo quoque Hieronymus Præfatione in Pentateuchum. *Editioni antiquæ translationem Theodotionis miscuit, asteriſco & obelo opus omne diſtinguens: dum aut illuceſcere facit quæ minùs antè fuerant, aut ſuperflua quæque jugulat & confodit.* & Præfatione in lib. Paralipomenôn, ſimiliter. *In editione* LXX. *Theodotionis editionem miſcuit; aſteriſcis videlicèt deſignans quæ minùs fuerant, virgulis quæ ex ſuperfluo videbantur appoſita.* & in epiſtolâ 89. ad Auguſtinum. *Ubicunque virgulæ, id eſt, obeli ſunt; ſignificatur quòd* LXX. *plus dixerint, quàm habetur in Hebræo: ubi autem aſteriſci, id eſt, ſtellæ prælucentes, ex Theodotionis editione ab Origene additum eſt.* Et Præfatione in Jobi librum, ex Hebræo à ſe verſum. *Omnia Veteris inſtrumenti volumina Origenes obelis aſteriſciſque diſtinxit; quos vel additos, vel de Theodotione ſumptos, tranſlationi antiquæ inſeruit; probans defuiſſe quod additum eſt.*

Tranſlationem verò antiquam hanc, obelis & aſteriſcis hunc in modum diſtinctam, Κοινὴν illam ſive Vulgatam fuiſſe (non eam quæ pro germanâ LXX. Interpretum editione tum habebatur;) parallelus huic locus, ex Præfatione Commentariorum in Danielem petitus declarat. *Origenes de Theodotionis opere in editione Vulgatâ aſteriſcos poſuit, docens defuiſſe quæ addita ſunt; & rurſus quoſdam verſus obelis prænotavit, ſuperflua quæque deſignans.* In 5. quoq; Commentariorum libro ad Ezechielis c. 16. *Hoc*, inquit Hieronymus, *quod ſecundò dicitur*, [Væ, væ tibi] *Vulgata editio non habet: ſed de Theodotionis editione additum eſt.* & in Præfatione libri 16. Commentariorum in Eſaiam adhuc clariùs: ubi de verſiculis ex 3. capite epiſtolæ ad Romanos in Pſalmum 13. vel 14. intruſis ſic ſcribit. *Omnes Græciæ tractatores, qui nobis eruditionis ſuæ in Pſalmos Commentarios reliquerunt, hos ver-*

verſiculos verù annotant, (obelis videlicèt appoſitis; quemadmodum in MSS. nonnullis Gallicani Pſalterii codicibus factum vidimus,) *atque prætereunt: liquidò confitentes, in Hebraico non haberi, nec eſſe in Septuaginta Interpretibus, ſed in editione Vulgatâ, quæ Græcè* Κοινὴ *dicitur, & in toto orbe diverſa eſt.* et in libro 6. commentariorum in Jeremiam, ad verba illa cap. XXX.10. *Tu ergo ne timeas ſerve meus Jacob*, &c. ita annotat, *Hæc* περικοπὴ *in* LXX. *non habetur, & in pleriſque codicibus Vulgatæ editionis ſub aſteriſcis de Theodotione addita eſt.* Quibus adjici poterit, quod non ex aliis ſolùm, ſed ex ipſâ etiam τῆς ἑ editione quædam in vulgatam illam ſub aſteriſco reperiantur tranſlata: ut verba illa, Eſaiæ XXIII. 13. Ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς Σιὼμ, ἵνα ἀπὸ ἕξεως αὐτῆς, ἐξήγειρεν βάσεις αὐτῆς. *Fundavit eam in Siim, ſtatuerunt propugnacula ejus, ſuſcitaverunt turres ejus.* quæ in Hieronymi commentariis aſteriſco ſunt ſignata; & in ſcholiis vetuſtiſſimi codicis Renati Marchali hanc notulam habent appoſitam. Τὰ τῆς ὑπερισχύσεως Ὠριγένης εἰς τὴν ὁ μίμησιν ἐν τῷ κὰ τόμῳ τῆς εἰς Ησαΐαν. *Horum aſteriſco ſignatorum, tanquam ex* LXX. *deſumptorum, meminit Origenes in 25 tomo eorum qui in Eſaiam ab eo ſunt editi.* In iiſdémque ſcholiis ex LXX. petita ſub aſteriſco notatur VOX διεσκέδασαν, in illo Eſaiæ *XXIV.* 5. Διεσκέδασαν διαθήκην αἰώνιον, *diſſipaverunt teſtamentum æternum.*

Ante mixtum hoc opus à ſe confectum *Tetrapla* ſua Origenes compaginaverat: in quibus *exempla comp ſuit quatuor editionum, è regione ſingula verba deſcribens*; ut in Præfatione ad lib. Paralipomenôn habet Hieronymus. Τῶν Ἀκύλα καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἑκάστην ἅμα τῇ Ἑβδομήκοντα ἐν τοῖς Τετραπλοῖς ἐκθεὶς ἔδωκε, *Aquilæ & Symmachi & Theodotionis editionem una cum* LXX. *in Tetraplis digerens*: ut

apud Eusebium est, in Ecclesiasticæ suæ historiæ libro 6, [*cap.* 12. *num.* 13.] legimus. Quos quidem, in Alexandrinâ bibliothecâ seorsim repositos, ab ipso Origene ita fuisse conjectos, in libro de mensuris & ponderibus ostendit Epiphanius; ut primum locum Aquila, secundum Symmachus, tertium LXX. postremum Theodotion obtinuerit. Eusebius verò & Pamphilus (ut in VIII. capite videbimus) Origenis Tetrapla se habuisse significant; ἅτινα ἐξ αὐτῶν χειρὶ διῤῥθωτο καὶ ἐπελειχάδοντο, *quæ ipsius manu correcta & scholiis illustrata sunt.* in quibus scholiis quoties & quàm variè κοινὴ sive vulgata editio ab eâ quæ genuina & LXX. censebatur discederet, ostensum ab eo fuisse verisimillimum est. Cæterùm in *Lamentationibus Jeremiæ*, solius Symmachi interpretatio cum LXX. conjuncta habebatur: ut verba ista ipsius Origenis (in Græcâ in Threnos Catenâ à Michaele Ghisterio editâ) ostendunt. Ἔκδοσις Ἀκύλα καὶ Θεοδοτίωνος ἐν τοῖς θρήνοις οὐ φέρεται, μόνη δὲ Συμμάχου καὶ τῶ. *Editio Aquilæ & Theodotionis in Threnis nusquam apparet; sed solius Symmachi & LXX.*

Tetraplis hisce præpositas columnas duas alias Hebraicum textum complectentes, in unâ Hebraicis in alterâ Græcis descriptum literis, *Hexapla* confeciisse, refert, in libro citato, Epiphanius. de quibus & Rufinus, in Historiæ Ecclesiasticæ (Eusebianæ, Latinè à se versæ atque interpolatæ) libro 6. capite 13. Origenes *illos famosissimos codices primus composuit, in quibus per singulas columnulas è regione separatim opus Interpretis unius cujusque descripsit: ita ut primo omnium ipsa Hebræa verba Hebraicis literis poneret, secundo in loco per ordinem Græcis literis è regione Hebræa verba describeret, tertiam Aquilæ editionem subjungeret, quartam Symmachi, quintam Septuaginta*

ginta Interpretum quæ noſtra eſt, ſextam Theodotionis collocaret. Et propter hujuſmodi compoſitionem exemplaria ipſa nominavit ἑξαπλᾶ, *id eſt, ſextuplici ordine conſcripta.*

Et ita quidem opus fuerat diſpoſitum; ut columnæ conſpicerentur ſex, ſed editiones numerarentur quinque tantùm: quum in duabus primis columnis unica contineretur Hebraica, diverſo characterum expreſſa genere. Ut ſexta igitur in iſtis Hexaplis extaret editio, cum eâ quæ *incorrupta & immaculata* LXX *Interpretum tranſlatio* deſcripta fuerat, ut (in capitis præcedentis initio) ex epiſtolâ Hieronymi 135. eſt oſtenſum, conjunctam fuiſſe etiam alteram, quæ vulgatam LXX. editionem exhiberet, obelis & aſteriſcis ab Origene diſtinctam, ex aliis illis ejuſdem Hieronymi verbis (in ſecundo Invectivarum adverſus eum libro à Rufino citatis) apparet. *Origenes aſteriſcos fecit, ex tranſlatione Theodotionis aſſumens, ut componeret volumnia quæ appellantur Hexapla.* ut & ex Syro librorum Veteris Teſtamenti, obelis & aſteriſcis diſtinctorum, interprete: *qui ea Græca ad verbum expreſſit, quæ in Adamantii Hexaplis ab Euſebio in nobili illâ Cæſarienſi bibliothecâ fuêre collocata*; ut in commentariorum ſuorum ad Joſuam epiſtolâ dedicatoriâ notavit Andreas Maſius. Quod manifeſtiùs etiam declarat ſcholium illud ad libri III. Regum capitis XIV. initium. Μετὰ τοῦτο ἐν τῇ ἑξαπλῇ κεῖται τὰ ἀπὸ τοῦ νόσου αὐτοῦ τοῦ τελευτῆσαι Ἀβιὰ τὸν υἱὸν Ἱεροβοάμ ἕως ἀστερίσκων. *Poſt hoc in Hexaplo ponuntur ea quæ ad morbum & mortem Abiæ filii Hieroboam pertinent, cum aſteriſcis.* (20. vide licèt primi capitis illius XIV. verſiculi: qui in Alexandrino MS. atque etiam in Complutenſi & Aldinâ editione poſiti, à Romanâ abſunt, ut ex Theodotione ſub aſteriſcis additi.) & in I. Regum XIV. 4. aliud. Μᾶλλον τοῦτο ἐν τῇ ἑξαπλῷ

ἐστέτικται, ὡς ἐν Θεοδοτίωνος ἐκδόσει. *Quinimo hæc in Hexaplo sunt notata asteriſco, ut ex Theodotione addita.* et ad 42. ejuſdem capitis verſiculum. Ταῦτα μέχρι τοῦ, [καὶ κατακληρῶσαι] ἐν μόνῃ κεῖται τῇ ἑκδόσει Θεοδοτίωνος. Ἃ δὲ ἀστέρισται ἀνῆλε, ὡς ἐν μὲν τῷ Λουτιανῷ ζυγῷ τῶν ἑβδομήκοντα κεῖσθαι, ἃ μὴ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ. *Hæc uſque ad illud,* [& ſorte capitur] *in ſolâ editione Theodotionis ſunt poſita: quamobrem ſunt ea aſteriſco notata, tanquam poſita in uno ſive ſecundo ordine ipſorum* LXX. *non tamen in Hebræo.* Ubi obiter obſervandum, Origenem in mixtâ ſuâ editione τῶν LXX. non ea ſolùm quæ in Hebræo ſed etiam quæ in Theodotione ampliùs reperta ſunt adjeciſſe; atque poſteriora hæc, non obelis (ut reliqua omnia quæ ab Hebræo aberant) ſed aſteriſcis prænotâſſe.

In duplicis hujus editionis τῶν LXX. conjugatione, columella una eam quæ *incorrupta & immaculata* LXX. *Interpretum tranſlatio* habebatur, (ut ex Hieronymi epiſtolâ 135. ad Suniam & Fretelam antè audivimus:) altera Κοινὴν ſive communem illam alteram, quæ ipſa quidem erat *quæ & Septuaginta* (ut ille ibidem loquitur) ſed *pro locis & temporibus & pro voluntate ſcriptorum veterum corrupta editio erat,* perſcriptam in ſe continebat. Et priorem quidem Origeni ex ipſo authentico exemplari, in Alexandrinâ Cleopatræ bibliothecâ (ad quam quotidianus illi patebat acceſſus) aſſervato, deſcribere facilè licuit: ſed in poſteriore, tot corruptelis & veterum ſcriptorum varietatibus laborante, emendandâ & ad certum ordinem redigendâ, ampliùs illi inſudandum fuit. Undè facilis patet reſponſio, ad Baronii illud argumentum, quo confici conatur, ne fingi quidem poſſe, editionis LXX. vetus exemplar illud in bibliothecâ Alexandrinâ uſque ad Chryſoſtomi tempora permanſiſſe. *Cur enim,* inquit, *adeò laboratum ab Origene primùm, deinde*

à

à Luciano, poſteà ab Heſychio Alexandrino, ac demùm à S. Hieronymo, in eâ cognoſcendâ, emendandâ, ac in candorem priſtinum reſtituendâ; ſi ipſum originale ſuppetebat exemplar, ex quo potuiſſent omnia quàm veriſſimè atque puriſſimè ſummâ facilitate corrigi & emendari? Id nimirum ipſum fugit, ab Origene primùm, deinde à Luciano & Heſychio, (nam Hieronymum nominare nihil attinebat, qui Alexandrinâ demùm bibliæthecâ diſſipatâ huic ſtudio incubuit) non in eâ quæ pro purâ & germanâ τῶν LXX. habebatur, ſed in alterâ inde derivatâ, quæ in communi omnium uſu erat indéque τῆς κοινῆς & vulgatæ editionis nomen obtinuit, emaculendâ & reſtituendâ, tantoperè fuiſſe laboratum.

Reſtant adhuc Adamantii *Octapla:* ad quæ ſpectat Hieronymi locus ille, in commentariis ad cap. 3. epiſtolæ ad *Titum*. *Nobis curæ fuit omnes veteris legis libros, quos vir doctus Adamantius in exemplà digeſſerat, de Cæſarienſi bibliothecâ deſcriptos ex ipſis authenticis emendare. In quibus & ipſa Hebræa propriis ſunt characteribus verba deſcripta, & Græcis literis tramite ex vicino. Aquila etiam & Symmachus,* LXX. *& Theodotion ſuum ordinem tenent. Nonnulli verò libri, & maximè hi qui apud Hebræos verſu compoſiti ſunt, tres alias editiones additas habent: quam Quintam & Sextam & Septimam tranſlationem vocant, authoritatem ſine nominibus interpretum conſecutas. Hæc immortale illud ingenium ſuo nobis labore donavit.* Ita ibi Hieronymus: in Eccleſiaſticorum quoque ſcriptorum catalogo de Origene ſimiliter referens. *Quintam & Sextam & Septimam editionem, quas etiam nos de ejus bibliothecâ habuimus, miro labore reperit, & cum cæteris editionibus comparavit.* et in libro 1. commentariorum ad *Habakuk* II. 11. de ſeipſo. *Reperi exceptis quinquæ editionibus, ideſt, Aquilæ, Symmachi,* LXX. *&*

Theodotionis, & in Quinta, duodecim Prophetis & duas alias editiones. quas ſi in magno hoc Origenis opere (cujus in enumerandis editionibus ordinem ſtudioſè hic ſequitur, inter Symmachum & Theodotionem LXX. interpoſitis) ille repererit: ut Quintam, ita etiam & Sextam & Septimam, præter libros Scripturæ verſibus apud Hebreos conſcriptos (Jobum ſc. Pſalterium, Proverbia, Eccleſiaſtem & Canticum Canticorum) minorum quoque Prophetarum duodecim volumen complexum fuiſſe, conſequetur.

Epiphanius, in libro de menſuris & ponderibus, Septimâ editione prætermiſſâ, ex ſex reliquis & duobus textûs Hebraici ordinibus Origenis *Octapla* conſtitiſſe refert: licèt Euſebius, in 6. Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libro, [*cap.* 12. *vid.* 13.] & Septimâ illâ & cæteris omnibus editionibus commemoratis, *Hexaplorum* nihilominus appellationem hîc retineat; trium innominatarum editionum, quòd alicujus tantùm Scripturarum partis interpretationem continerent; nullâ fortaſſe ratione habitâ. Et quum eis in locis citatis Hieronymus, (eúmque in Originum libris ſecutus Iſidorus Hiſpalenſis) *ſeptem* cum Euſebio editiones hîc enumeret: idem tamen alibi ſex tantùm cum Epiphanio memorat; in 2. Apologiæ ſuæ libro ad Ruffinum ita ſcribens. *Magnis, ut ſcio, ſumptibus redemiſti Aquilæ & Symmachi & Theodotionis, Quintæque & Sextæ editionis Judæos tranſlatores.* Neque aliam ullam ſeptimam agnoſcunt editionum enumeratores, Athanaſius, Theodoretus, Niceras Heraclienſis & Euthymius Zigabenus, quàm Luciani martyris illam, de quâ in capite VII. nobis erit agendum.

Octapla verò hæc, in veteribus Græcis ad librum Pſalmorum ſcholiis, *Octaſelidi* citantur nomine: ut & Tetrapla, *Tetraſelidi*. Ita in Pſalmi LXXV. titulo illud,

ὃ ἐν τοῖς

πρὸς Ἀσσύριον *ad Aſſyrium*, neque in in Tetraſelido haberi dicitur, neque in Octaſelido. et in Pſalmi CXXXVI. titulo, in Octaſelido apud ſolos LXX. inſcriptum eſſe illud, τῷ Δαυίδ. Sic & ad Pſalmum LXXXVII. 8. habetur annotatum. Ἐπ' ἐμοῦ, ἔχεται ἐν τῇ τετρασελίδῳ παρὰ τοῖς ὁμήκοντα στοίχοις καὶ οὐκ ἐν τῇ ὀκτασελίδῳ, ἀπ' ἐμοῦ. *Apud* LXX. in *Tetraſelido* poſitum eſt, ἐπ' ἐμοῦ, ſuper me: *ne fortè erratum ſit in Octaſelido*, ἀπ' ἐμοῦ, à me. Et ad 18. ejuſdem Pſalmi verſiculum; poſt φίλον, amicum: τὸ φλαυσίον, οὐκ ἔχεται ἐν τῷ τετρασελίδῳ παρὰ τοῖς ὁ· οὔτε παρὰ Θ. *Illud*, φλαυσίον [& proximum,] *non habetur in Tetraſelido apud LXX. neque apud Theodotionem.* quod eò magis notandum duxi; quia mirum videri poſſet, quod in LXX. deerat, à Theotione ex Hebræo hîc non fuiſſe ſuppletum. Πεντασελίδῳ quoque in ſcholiis Euſebianis ad capiculi 2. Eſaiæ verſus duos poſtremos (qui in omnibus noſtris libris habentur) hanc mentionem factam invenio. Οἱ γ' στίχοι οἱ ὑφαλόμενοι ἀπ' ἐκείνου τοῦ τῇ Πεντασελίδῳ, ἀδιάφορα ἐξηγήσατο τούτων ὁ Ὠριγένης. *Hi tres qui ſubjiciuntur verſiculi* (tot enim hîc Græci numeraverunt commata) in *Pentaſelido non ſunt poſiti; neque eorum in expoſitione ſuâ meminit Origenes.*

CAP.

CAP. VI

Quæ in editione vulgatâ Græcâ desiderabantur, non ex Aquilâ & Symmacho, ut putavit Epiphanius, sed ex Theodotione potissimùm fuisse suppleta. De Theodotionis in sequendis LXX. studio. De editionis LXX. in Daniele ab Ecclesiæ magistris lectione repudiatâ, & Theodotionis in ejus locum substitutâ. Utriusque editionis in VII. & IX. Danielis capitulo collatio.

QUæ in LXX. deerant ea asteriscis signata se *ex editionibus cæteris addidisse*, ipsum Origenem in capitis præcedentis initio profitentem audivimus. Additamenta verò illa, ἐμετρήθησαν παρὰ Ἀκύλᾳ καὶ Συμμάχῳ, σπανίως δὲ καὶ παρὰ Θεοδοτίωνι, *ex Aquilâ & Symmacho fuisse illata, rariùs autem ex Theodotione*; non rectè ab Epiphanio, in libro de mensuris & ponderibus, est traditum: quum ex hoc ubique ferè, ex illis rarissimè, desumpta ea esse, dicendum potiùs fuisset. Quod tum ex aliis compluribus testimoniis ex Hieronymo, qui ista penitiùs introspexit, in loco jam dicto productis, constat; tum ex Præfatione in Psalterium, ex Origenicâ hâc editione Latinè ab ipso conversum: ubi, quæ asteriscis signantur, *de Hebræis voluminibus addita* fuisse notat, *juxta Theodotionis duntaxat editionem, qui simplicitate sermonis à Septuaginta Interpretibus non discordat.*

Ita

Ita enim in Scripturâ vertendâ verſati ſunt veteres iſti Interpretes: ut Aquila quidem *(a) verbum è verbo*, Symmachus *ſenſum è ſenſu*; Theodotion verò non modò *ex utroque commixtum & mediè temperatum genus tranſlationis expreſſerit*; ſed etiam(b) *cum LXX. in pluribus locis concordaverit.* in quibuſdam etiam, ubi illi ab Hebraicâ veritate prorſus diſcordabant. Si quidem in Pſalmo LXXXIII. vel, ſecundùm Hebræos, LXXXIV. pro, *Sol & clypeus eſt Dominus Deus*, Theodotion ex LXX. retinuit Ἔλεον καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ Κύριος ὁ Θεὸς, *Miſericordiam & veritatem diligit Dominus Deus:* ut ex antiquo quodam Græco ſcholio Romani editores ibi retulerunt. Indéque Theodotionem *inter novos & veteres medium incedere*, ſcripſit *(c)* Hieronymus, *illorum* nomine Aquilæ & Symmachi interpretationes; *horum* verò, vulgatam illam, quæ LXX. Seniorum habebatur, editionem comprehendens: quam ex Theodotione idcircò, potiùs quàm ex aliis illis, qui nullam editionis illius in verſionibus ſuis rationem habebant, Origenes ſupplendam judicavit.

(a) *Hieronym. Præfat. in Job.*
(b) *Id. verſ. ex Hebr.*
(c) *Id. in Eccleſiaſt. cap. 2.*
(c) *Id. Præfat. in Evangel. ad Damaſum.*

Theodotion enim, ut ipſe in libro citato agnoſcit Epiphanius, τὰ πλεῖστα τῶν ἑβδομήκοντα δύο συναδόντως ἐξέδωκε. τριβὰς γὰρ εἶχεν οὗτος τὰς πλείστας ἀπὸ συνηθείας τῶν ἑβδομήκοντα δύο. *plurima conſonanter cum* LXXII. *edidit: quòd in eorum lectione tritus ac longâ conſuetudine exercitatus fuiſſet.* Indéque *obelis* ab Origene ſignata ea loca fuiſſe ibidem ille obſervat, quæ in LXXII. editione poſita, in *Aquilæ* & *Symmachi* verſionibus non comparebant: *Theodotionis* mentione conſultò prætermiſſâ; apud quem ea fuiſſe, vel ex libri Jobi appendice manifeſtum eſt; ad quam in Græcâ Catenâ Bibliothecæ Bodleianæ notam hanc appoſitam invenio. Μέχρι τοῦ [πρεσβύτερος καὶ πλήρης ἡμερῶν.] Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος ἐλθόντες συνεπέσχαν τὸ βιβλίον, ὡς δὴ πρὸ

Ἑβραϊκῷ ἀκολουθήσαντες. ὁ δὲ Θεοδοτίων συμπαραγίνεται τοῖς ὁ. *Usque ad illud,* [Senior & plenus dierum; *Job* XLII. 17.] *Aquila & Symmachus venientes, libellum concluserunt, ut qui Hebraicum sunt secuti: Theodotion verò concludit cum* LXX. de quibus additamentis Origenis quoque similis occurrit admonitio, in epistolâ ad Julium Africanum. Οὐ κεῖται παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα, ὥσπερ οὐδὲ παρὰ τῷ Ἀκύλᾳ, οὐδὲ δὲ τοῖς Ἑβδομήκοντα καὶ Θεοδοτίωνι, τὰ ἰσοδυναμοῦντα ἀλλήλοις. *Non ponuntur apud Hebræos, quambrem neque apud Aquilam: apud Septuaginta autem & Theodotionem sunt, quæ tantundem valent inter se.*

Pari quoque ratione Theodotion in *Daniele*, quem, ex illius editione solum in Græcis codicibus hodie legimus, (librorum enim *Paralipomenôn* esse eum interpretem (*d*) Hugoni Grotio, sine omni veterum authoritate hoc opinanti, concedere non possumus) *Susannæ* & *Hymni trium puerorum*, *Belísque* & *Draconis*, partes illas adjectitias ex LXX vel Κοινῇ potiùs sive vulgatâ editione (cui ille assueverat) in suam transtulit. In eâ enim quæ LXX. Interpretum magis germana habebatur editio, initio illius de *Bele* narrationis legebatur; (*e*) *Homo quidam erat sacerdos nomine Daniel, filius Abda, conviva regis Babylonis*: ubi in nostris ex Theodotione libris tantùm habetur; καὶ ἦν Δανιὴλ συμβιώτης τῷ βασιλέως, *Et erat Daniel conviva regis.*

d *Grot. Annotat. in Luc.* 1. 5.

e *Hieronym. Præfat. Comment. in Dan.*

Ea verò quâ nos utimur Græca Danielis editio, in vetustissimo Renati Marchali Prophetarum exemplari titulum præfixum habet, Δανιὴλ κατὰ Θεοδοτίωνα, *Daniel secundùm Theodotionem.* Similitérque in suorum ad Danielem Commentariorum Præfatione lectorem admonet, Hieronymus *Danielem non juxta Septuaginta Interpretes, sed juxta Theodotionem Ecclesias legere*: in commentariis, ad *cap.* IV. 5. præterea adjiciens; *judicio magistrorum Ecclesiæ edi-*

editionem eorum in hoc volumine repudiatam & Theodotionis vulgò legi, quæ & Hebræo & cæteris translatoribus convenit. Unde et argumentum ille ducens, adversùs præposteros vulgatæ LXX. editionis admiratores, in Præfatione Josuæ ita disputat. *Si vetus eis tantùm interpretatio placet, quæ & mihi non displicet, & nil extra recipiendum putant: cur ea quæ sub asteriscis & obelis vel addita sunt vel amputata, legunt & negligunt? Quare Danielem juxta Theodotionis traditionem Ecclesiæ susceperunt?* De quo etiam apertiùs, in Danielis ex Hebraico à se conversi prologo, suam ipse sic interponit sententiam. *Danielem Prophetam juxta Septuaginta Interpretes Domini Salvatoris Ecclesiæ non legunt, utentes Theodotionis editione: et hoc cur acciderit nescio. Hoc unum affirmare possum, quòd multùm à veritate discrepet, & recto judicio* liber *repudiatus sit.* censuræ istius, in Apologiæ adversùs Rufinum libro 2. hanc reddens rationem. *Si in isto libro editionem* LXX. *dixi multùm à veritate distare, & recto Ecclesiarum Christi judicio reprobatam: non est meæ culpæ qui dixi, sed eorum qui legunt. In promptu sunt quatuor editiones; Aquilæ, Symmachi, Septuaginta & Theodotionis. Ecclesiæ juxta Theodotionem legunt Danielem. Ego quid peccavi, si Ecclesiarum judicium secutus sum?*

Ut autem adhuc magis appareat, quàm studiosè editionis illius, quæ LXX. tribuebatur, vestigiis Theodotion institerit; quæ ex eâ in Danielis capite VII. apud Justinum Martyrem in Dialogo cum Tryphone Judæo, & in IX. apud Clementem Alexandrinum in primo Stromatum & Tertullianum in libro adversùs Judæos supersunt, libuit hîc describere, & Theodotionis interpretationem ex Romanâ editione apponere: ut ex mutuâ collatione, cujusmodi utriusque lectionis vel similitudo fuerit vel diversitas, omnes possint percipere.

DANIEL VII.

LXX.

Ex Justino.

9. Ἐθεώρουν ἕως ὅτου θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ ὁ παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο, ἔχων περιβολὴν ὡσεὶ χιόνα λευκήν, καὶ τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρὸν, ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡσεὶ φλὸξ πυρὸς, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον.

10. Ποταμὸς πυρὸς εἵλκυεν ὡς ἐκπορευόμενος ἐκ προσώπου αὐτοῦ. χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. βιβλοι ἀνεῴχθησαν, καὶ κριτήριον ἐκάθισεν.

11. Ἐθεώρουν τότε τοῦ φωνοῦ τῶν μεγάλων λόγων, ὧν τὸ κέρας ἐλάλει. καὶ ἀνετυμπανίσθη τὸ θηρίον, καὶ ἀπώλετο τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ ἐδόθη εἰς καῦσιν πυρός.

12. Καὶ τὰ λοιπὰ θηρία μετετάθη τῆς ἀρχῆς αὐτῶν, καὶ χρόνος ζωῆς τοῖς θηρίοις ἐδόθη, ἕως καιροῦ καὶ χρόνου.

THEODOTION.

9. Ἐθεώρουν ἕως οὗ οἱ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο, καὶ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών, καὶ ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρὸν, ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρὸς, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον.

10. Ποταμὸς πυρὸς εἵλκυεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἀνεῴχθησαν.

11. Ἐθεώρουν τότε ἀπὸ φωνῆς τῶν λόγων τῶν μεγάλων, ὧν τὸ κέρας ἐκεῖνο ἐλάλει, ἕως ἀνῃρέθη τὸ θηρίον, καὶ ἀπώλετο, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐδόθη εἰς καῦσιν πυρός.

12. Καὶ τῶν λοιπῶν θηρίων μετετάθη ἡ ἀρχὴ, καὶ μακρότης ζωῆς ἐδόθη αὐτοῖς ἕως καιροῦ καὶ καιροῦ.

13. Ἐ-

13. Ἐστόρισ ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ ἧλθεν ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν, καὶ παρῆν ἔνωπον αὐτοῦ, καὶ οἱ παρεστηκότες προσήγαγον αὐτόν.

14. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία καὶ τιμὴ βασιλικὴ, καὶ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς κατὰ γένη, καὶ πᾶσα δόξα λατρεύσει. καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ μὴ ἀρθῇ. καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ μὴ φθαρῇ.

15. Καὶ ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου ἐν τῇ ἕξει μου, καὶ αἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς μου ἐτάραττόν με.

16. Καὶ προσῆλθον πρὸς ἕνα τῶν ἑστώτων, καὶ τὸν ἀκρίβειαν ἐζήτουν παρ' αὐτοῦ περὶ πάντων τούτων. ἀπεκρίθη δέ λέγει μοι, καὶ τὸν κρίσιν τῶν λόγων ἐδήλωσέ μοι.

17. Ταῦτα θηρία τὰ μεγάλα, εἰσὶ τέσσαρες βασιλεῖαι, αἱ ἀπολοῦνται ἀπὸ τῆς γῆς.

18. Καὶ παραλήψονται τὴν βασιλείαν ἕως αἰῶνος, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων.

19. Τότε ἠθέλησα ἐπακριβάσασθαι περὶ τοῦ τετάρτου θηρίου τοῦ καταφθείροντος πάντα καὶ ἐμφοβοῦντος, ὃ ὀδόντες αὐτοῦ σιδηροῖ, καὶ

13. Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἐφθασεν, καὶ παρεσταθη ἔμπροσθεν αὐτοῦ.

* Et aderat in conſpectu ejus; & qui adſiſtebant, adduxerunt illum. Tertul. lib 3 adverſ. Marcion. Et ſtetis in conſpectu ejus; & qui adſiſtebant ei, obtulerunt eum. Cyprian. lib. 2. teſtimon. adverſ. Judæos. Et omnes nationes terræ ſecundùm genera, & omnis gloria ſimulabuntur. Tertull. ibid. Et omnes reges (vel gentes potiùs) terræ per genus, & omnis claritas ſervient ei. Cyprian. ibid.

14. Καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία. καὶ πάντες λαοὶ, φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύσουσιν. ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ μὴ παρελεύσεται. καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται.

15. Ἐφρίξε τὸ πνεῦμά μου ἐν τῇ ἕξει μου, ἐγὼ Δανιὴλ, καὶ αἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς μου ἐτάραττόν με.

16. Καὶ προσῆλθον ἑνὶ τῶν ἑστώτων, καὶ τὸν ἀκρίβειαν ἐζήτουν παρ' αὐτοῦ μαθεῖν περὶ πάντων τούτων. καὶ εἶπέ μοι τὸν ἀκρίβειαν, καὶ τὸν συγκρισιν τῶν λόγων ἐγνώρισέ μοι.

17. Ταῦτα τὰ θηρία τέσσαρες, τέσσαρες βασιλεῖαι ἀναστήσονται ἐπὶ τῆς γῆς.

18. Καὶ ἀρθήσονται, καὶ παραλήψονται βασιλείαν ἁγίων ὑψίστου, καὶ κατασχήσουσι αὐτὴν ἕως αἰῶνος καὶ αἰώνων.

19. Καὶ ἐζήτουν ἀκριβῶς περὶ τοῦ θηρίου τοῦ τετάρτου, ὅτι ἦν διαφέρον παρὰ πᾶν θηρίον, φοβερὸν σφόδρα, οἱ ὀδόντες αὐτοῦ σιδη-

ρεῖ, οἱ ὄνυχες αὐτῆ χαλκοῖ· ἐσθίον καὶ λεπτύνον, καὶ τὰ ὑπόλοιπα αὐτῆ τοῖς ποσὶ κατεπάτει.

20. Καὶ περὶ τῆς δεκα κεράτων αὐτῆς ὅτι καταλῆς, καὶ ἐν τῷ ἑνὶ τῷ πεσσομένῳ, καὶ ἐξέπεσεν ἐν τῆ προσώπῳ δι' αὐτῆς τρία, καὶ τὸ κέρας ἐκεῖνο εἶχεν ὀφθαλμὸς, καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα, καὶ ἡ πρόσοψις αὐτῆ ὑπὲρ ἐφαίνετο τὰ ἄλλα.

21. Καὶ κατεῖδον τὸ κέρας ἐκεῖνο πόλεμον συνιστάμενον πρὸς τοὺς ἁγίους, καὶ ἰσχυόμενον αὐτούς.

22. Ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὸν παλαιὸν ἡμερῶν, καὶ τὴν κρίσιν ἔδωκε τοῖς ἁγίοις τοῦ ὑψίστου. καὶ ὁ καιρὸς ἐνέστη, καὶ τὸ βασίλειον κατέσχον ἅγιοι ὑψίστου.

23. Καὶ ἐρρέθη μοι περὶ τοῦ τετάρτου θηρίου· βασιλεία τετάρτη ἔσται ἐπὶ τῆς γῆς, ἥτις διαφέρει παρὰ πάσας τὰς βασιλείας ταύτας, καὶ καταφάγεται πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἀναστήσει αὐτὴν, καὶ καταπατήσει αὐτήν.

24. Καὶ τὰ δέκα κέρατα, δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται ἐξ αὐτῆς. καὶ ὀπίσω αὐτῶν ἀναστήσεται ἕτερος, καὶ οὗτος διαφέρει κακοῖς ὑπὲρ τοὺς πρώτους, καὶ τρεῖς βασιλεῖς ταπεινώσει.

25. Καὶ ῥήματα πρὸς τὸν ὕψιστον

δηθεῖ καὶ ὄνυχες αὐτῆ χαλκοῖ, ἐσθίον καὶ λεπτύνον, καὶ τὰ ὑπόλοιπα τοῖς ποσὶν αὐτῆ συνεπάτει.

20. Καὶ περὶ τῆς κεράτων αὐτῆ τῆς δέκα τῆς ἐν τῇ καταλῇ αὐτῆ, καὶ τοῦ ἑτέρου τοῦ ἀναβάντος, καὶ ἐκπαέξαντος τῆς φώτων [τρία, κέρας ἐκεῖνο] ᾧ οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα, καὶ ἡ ὄρασις αὐτοῦ μείζων τῆς λοιπῶν.

21. Ἐθεώρουν, καὶ τὸ κέρας ἐκεῖνο ἐποίει πόλεμον μετὰ τῶν ἁγίων, καὶ ἴσχυε περὶ αὐτούς.

22. Ἕως οὗ ἦλθεν ὁ παλαιὸς ἡμερῶν, καὶ τὸ κρίμα ἔδωκεν ἁγίοις ὑψίστου. καὶ ὁ καιρὸς ἔφθασε καὶ τῶν βασιλείαν κατέσχον οἱ ἅγιοι.

23. Καὶ οὕτω τὸ θηρίον τὸ τέταρτον, βασιλεία τετάρτη ἔσται ἐν τῇ γῇ, ἥτις ὑπερέξει πάσας τὰς βασιλείας, καὶ καταφάγεται πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ συμπατήσει αὐτὴν καὶ κατακόψει.

24. Καὶ τὰ δέκα κέρατα αὐτῆ δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται, καὶ ὀπίσω αὐτῶν ἀναστήσεται ἕτερος, ὃς ὑπερέξει κακοῖς πάντας τοὺς ἔμπροσθεν, καὶ τρεῖς βασιλεῖς ταπεινώσει.

25. Καὶ λόγους πρὸς τὸν ὕψιστον λαλήσει,

* Inclusa ex Aldiná edit. sunt supplicii.

λαλήσει, καὶ ἕξεις ἀγκῶνας τῆς ὑψίσε καταρρίψει, καὶ πορεύσεται ἀλλοιῶσαι καιροὺς καὶ χρόνους. καὶ παραδοθήσεται εἰς χεῖρας αὐτοῦ ἕως καιροῦ καὶ καιρῶν καὶ ἡμίσυ καιροῦ.

26. Καὶ ἡ κρίσις ἐκάθισε, καὶ τὴν ἀρχὴν μεταστήσουσι τοῦ ἀφανίσαι καὶ τοῦ ἀπολέσαι ἕως τέλους.

27. Καὶ ἡ βασιλεία καὶ ἡ ἐξουσία καὶ ἡ μεγαλειότης τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν βασιλειῶν, ἐδόθη λαῷ ἁγίῳ ὑψίστου, βασιλεῦσαι βασιλείαν αἰώνιον. καὶ πᾶσαι ἐξουσίαι ὑποταγήσονται αὐτῷ καὶ πειθαρχήσουσιν αὐτῷ.

28. Ἕως ὧδε τὸ τέλος τοῦ λόγου. Ἐγὼ Δανιὴλ ἐκταράσσει φροντίζων σφόδρα, καὶ ἡ ἔξις διηλλάγην ἐμοί, καὶ τὸ ῥῆμα ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἐτήρησα.

λαλήσει, καὶ τοὺς ἁγίους ὑψίστου παλαιώσει, καὶ ὑπονοήσει τοῦ ἀλλοιῶσαι καιροὺς καὶ νόμον. καὶ δοθήσεται ἐν χειρὶ αὐτοῦ ἕως καιροῦ καὶ καιρῶν καὶ χρόνου καιροῦ.

26. Καὶ τὸ κριτήριον ἐκάθισε, καὶ τὴν ἀρχὴν μεταστήσουσι τοῦ ἀφανίσαι καὶ τοῦ ἀπολέσαι ἕως τέλους.

27. Καὶ ἡ βασιλεία καὶ ἡ ἐξουσία καὶ ἡ μεγαλωσύνη τῆς βασιλείας τῆς ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ, ἐδόθη ἁγίοις ὑψίστου. καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ, βασιλεία αἰώνιος, καὶ πᾶσα αἱ ἀρχαὶ αὐτῷ δουλεύσουσι καὶ ὑπακούσονται.

28. Ἕως ὧδε τὸ πέρας τοῦ λόγου. Ἐγὼ Δανιὴλ, οἱ διαλογισμοί μου ὀπὴ πολὺ συνέταρασσόν με, καὶ ἡ μορφή μου ἠλλοιώθη, καὶ τὸ ῥῆμα ἐν τῇ καρδίᾳ μου διεῤῥήσσου.

DANIEL

DANIEL. IX.

LXX. Ex

Clemente Alexandrino. | *Tertulliano.* | *THEODOTIONE.*

21. Et adhuc me loquente in Oratione, ecce vir Gabriel, quem vidi in visione in principio, volans, & tetigit me, quasi horâ sacrificii vespertini.

22. Et intelligere fecit me, & locutus est mecum, & dixit. Daniel, nunc exivi imbuere te intelligentiâ.

23. In principio obsecrationis tuæ exivit sermo, & ego veni ut adnuntiem tibi; quia vir desideriorum tu es: & cogita in verbo, & intellige in visione.

24. Septuaginta hebdomadæ breviatæ sunt super plebem tuam, & super civitatem sanctam: quoad usque inveterarent delictum, & signa-

21. Καὶ ἔτι ἐμοῦ λαλοῦντος ἐν τῇ προσευχῇ, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ Γαβριὴλ, ὃν ἶδον ἐν τῇ ὁράσει ἐν τῇ ἀρχῇ, πετόμενος, καὶ ἥψατό μου, ὡσεὶ ὥραν θυσίας ἑσπερινῆς.

22. Καὶ συνέπεσέ μοι, καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, καὶ εἶπε· Δανιὴλ, νῦν ἐξῆλθον συμβιβάσαι σε σύνεσιν.

23. Ἐν ἀρχῇ τῆς δεήσεώς σου ἐξῆλθε λόγος, καὶ ἐγὼ ἦλθον τοῦ ἀναγγεῖλαί σοι, ὅτι ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν εἶ σύ. καὶ ἐνθυμήθητι ἐν τῷ ῥήματι, καὶ σύνες ἐν τῇ ὁράσει.

24. Ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συνετμήθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν σου τοῦ συντελεσθῆναι ἁμαρ-

τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τοῦ σφραγίσαι ἁμαρτίας, καὶ τοῦ ἀπολεῖψαι τὰς ἀδικίας, καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι, καὶ τοῦ ἀγαγεῖν δικαιοσύνην αἰώνιον, καὶ τοῦ σφραγίσαι ὅρασιν καὶ προφήτην, καὶ τοῦ χρίσαι ἅγιον ἁγίων.

tur peccata, & exorentur injustitiæ, & inducatur justitia æterna; & ut signetur visio & prophetes, & ut ungatur Sanctus Sanctorum.

τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τοῦ σφραγίσαι ἁμαρτίας, καὶ ἀπολεῖψαι τὰς ἀδικίας, καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι ἀδικίας, καὶ τοῦ ἀγαγεῖν δικαιοσύνην αἰώνιον, καὶ τοῦ σφραγίσαι ὅρασιν καὶ προφήτην, καὶ τοῦ χρίσαι ἅγιον ἁγίων.

25. Καὶ γνώσει καὶ συνήσεις, ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἰερουσαλὴμ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδες ἑξήκοντα δύο. ἐπιστρέψει, καὶ οἰκοδομηθήσεται πλατεῖα καὶ τεῖχος, ἐν καιρῷ θλίψεως.

25. Et scies [& perspicies] & intelliges, a profectione sermonis, integrando & rædificando Hierusalem, usque ad Christum ducem, hebdomadas septem [& dimidiam] & LXII. [& dimidiam] & convertet, & ædificabitur in lætitiam, & convallationem, & innovabuntur tempora.

25. Καὶ γνώσῃ καὶ συνήσεις, ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἰερουσαλὴμ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδες ἑξήκοντα δύο. καὶ ὀπισθόφυλα, καὶ οἰκοδομηθήσεται πλατεῖα, καὶ τεῖχος, ἐν καιρῷ θλίψεως.

26. Καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑξήκοντα δύο ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔσται ἐν αὐτῷ. καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ. καὶ ἐκκοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ, καὶ ἕως τέλους πολέμου

26. Et post hebdomadas has *LXXII. & exterminabitur unctio, & non erit: & civitatem & sanctum exterminabit cum duce adveniente, & concidenturquomodo in cataclysmo, usq; ad finem belli, quod concidetur

26. Καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑξήκοντα δύο, ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔσται ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ, ἐκκοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ, καὶ ἕως τέλους πο-

*LXII.

λεῖ πολέμου συντετμημένου· ἀφαν. σμοῖς.

usque ad interitum. λίμου συντετμημένου τέλ. ξους, ἀφανισμοῖς.

27. Καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομάδι μιᾷ, καὶ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος ἀφανισθήσεται μου θυσία καὶ σπονδή. καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων, καὶ ἕως συντελείας καιροῦ, συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν.

* πολλοῖς.

27. Et confirmabit teſtamentum multis Hebdomadâ unâ, & dimidiâ hebdomadis auferetur meum ſacrificium & libatio; & in ſanctо execratio vaſtationis; & uſque ad finem temporis conſummatio dabitur ſuper hâc vaſtatione.

27. Καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομάδι μιᾷ, καὶ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος ἀφανισθήσεται μου θυσία καὶ σπονδή. καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων; καὶ ἕως τῆς συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν.

In Theodotione, verſu 24. poſt πόλιν τὴν ἁγίαν, apud Theodoretum & in MS. Alexandrino pronomen σου rectè habetur additum: quod ex eo ab Origene in Vulgatâ ☩ editione ſub aſteriſco fuiſſe poſitum, in 8. Demonſtrationis Evangelicæ libro ita Euſebius indicat. Παρὰ τοῖς ἀκριβέσιν ἀντιγράφοις τῶν ἑβδομήκοντα, τὸ, σοῦ, μετὰ ἀστερίσκου παράθεσιν πεφύκασι. *In accuratis exemplaribus ipſorum LXX. additum eſt illud,* σοῦ, *cum appoſitione aſteriſci.* In verſu verò 27. ubi μου θυσία legitur, pronomen μου ut ab Irenæo, Cyrillo Hieroſolymitano (Catecheſi 12.) & Theodoreto, ita etiam in Complutenſi & Aldinâ editione omittitur, neque in Theodotione fuiſſe videtur; ſed obelo in Vulgatâ LXX editione ab Origene jugulatum, quòd in textu Hebraico non compareret. In Tertulliano, quæ ſuperflua erant, vel ex duabus editionibus LXX. & Communi, ſimul commixta, unicis [ ] ſunt incluſa. Apud Clementem quoque Alexandrinum, poſt verſum 27. ſequebatur poſterioris partis ejuſdem verſiculi, ex earum editionum alterutrâ, Interpretatio altera. Καὶ ἥμισυ τῆς ἑβδομάδος καταπαύσει θυμίαμα θυσίας. Καὶ πέρυ-

πτερυγίου ἀφανισμοῦ, ἕως συντελείας, καὶ σπουδῆς τάξιν ἀφανισμοῦ. Cujuſmodi quid etiam ab ipſo Tertulliano lectum fuiſſe, indicio illud eſt, quod poſteà ab eo reperitur citatum: *Et deſtruet pinnaculum uſque ad interitum*; πτερυγίου vocabulo *per pinnaculum* expreſſo. Et ad Vaticani quidem codicis marginem verba hæc appoſita referuntur; καταπαύσει θυσιαστήριον καὶ θυσίας, καὶ ἕως πτερυγίου ἀπὸ ἀφανισμοῦ, καὶ ἕως συντελείας καὶ σπουδῆς τάξιν ἀφανισμοῦ; quæ non in aliis ſolùm MSS. ſed etiam in Alexandrino, uti etiam in Aldinâ & Germanicis omnibus editionibus, ita intra contextum ſunt recepta; ut integri 27. verſiculi duplex in eis exhibeatur verſio. Prior hæc. Καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία, καὶ ἥμισυ(al. ὁ τῷ ἡμίσει) τῆς ἑβδομάδος καταπαύσει θυσιαστήριον (al. θυσιασμα) καὶ θυσίας, καὶ [ἕως] πτερυγίου ἀπὸ ἀφανισμοῦ, καὶ ἕως συντελείας καὶ σπουδῆς * τάξιν [ὁπὶ] ἀφανισμοῦ vel ἀφανισμῶ. *Et confirmabit teſtamentum multis hebdomada una, & dimidium hebdomadæ ceſſare faciet altare & ſacrificia, & uſque ad alam à deſolatione, & uſque ad conſummationem & feſtinationem ponet in deſolationem.* Poſterior, quæ in Complutenſi & Romanâ editione habetur, illa altera. Καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία, καὶ [ὁ τῷ] ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος ἀρθήσεται [μου] θυσία καὶ σπονδὴ καὶ ὁπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων [ἐσται] καὶ ἕως συντελείας καιροῦ, συντέλεια δοθήσεται ὁπὶ τὸν ἠφανισμένον. Ex quâ, apud Irenæum (lib. 5. cap. 25.) illud eſt deſumptum. *Et in dimidio hebdomadis tolletur ſacrificium & libatio: & in templo abominatio deſolationis, & uſque ad conſummationem temporis conſummatio dabitur ſuper deſolationem.* Et apud Heſychium, epiſtolâ, inter Auguſtinianas, 79. *In dimidio hebdomadæ tolletur ſacrificium meum & ſupplicatio: deſolationum interitus, & ad ſacrificium abominatio.* Adeò corrupta hîc erant Latina veterum exemplaria.

* σάζει, ſillabit, Hebræo חחך meliùs reſponderit: quòd in חחן fortaſſe transformatum, ab altero interprete ἐφόδῳ redditum fuerit.

CAP. VII.

De Vulgatæ Interpretationis Græcæ editione triplici, ab Eusebio, Luciano & Hesychio adornatâ, & sub Christianis Imperatoribus à tribus Orientalis Ecclesiæ partibus in publicum usum receptâ. De duabus editionibus ab Eusebio & Pamphilo evulgatis. De Johannis Josephi editione, libris à Basilio correctis, & Apollinarii Laodiceni opere miscello.

CUm Tetraplis, Hexaplis & Octaplis Origenis, ea quæ LXX. Interpretum pura & germana editio credebatur simul interiit: et post illius excessum magis etiam corrupta & in multiplicem lectionis varietatem distracta est κοινὴ illa altera, cujus *pro varietate regionum diversa ferebantur exemplaria*; ut in epistolâ 107. ad Chromatium (quæ in libros Paralipomenôn est Præfatio) loquitur Hieronymus. Nam, ut ab eodem ibidem habetur additum, *Alexandria & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat authorem Constantinopolis usque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat; mediæ inter has provinciæ Palæstinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgaverunt: totúsque orbis hâc inter se trifariâ varietate compugnat.* Totius vi-

videlicèt Orientalis orbis partibus tribus ex his editionibus unam seorsim sibi vendicantibus.

(a) *Euseb. hist. Eccl. l. 8. c. 25.*

Hesychius (a) Ægyptius ille episcopus fuisse videtur qui in decimâ persecutione martyrium subiit: uti etiam duarum reliquarum editionum curatores, Pamphilus & Lucianus Presbyteri. Alexandrinorum verò Vulgatæ editionis τῷ ὁ exemplarium, in libro 16. Commentariorum ad Esai. cap. LVIII. 11. Hieronymus ita meminit. *Quod in Alexandrinis exemplaribus in principio hujus capituli additum est*, [Et adhuc in te erit laus mea semper,] *& in fine*, [Et ossa tua quasi herba orientur & pinguescent, & hæreditate possidebunt in generationes & generationes:] *in Hebraico non habetur, sed ne in* LXX. *quidem emendatis & veris exemplaribus. Unde obelo prænotandum est.* Prius autem additamentum adjectum est vel ante vel statim post verba illa in versûs 11. initio; καὶ ἔσται ὁ Θεός σου μετὰ σοῦ διαπαντός, *Et erit Deus tuus tecum semper*; posterius post illa, ὡς πηγὴ ὕδωρ οὗ μὴ ἐξείπωσιν ὕδωρ, *sicut fons cui non defecit aqua*, quibus in MS. Alexandrino apud nos in Angliâ, & Eusebiano Cardinalis Rupefucaldii & Aldinâ editione, subjicuntur ista. Καὶ τὰ ὀστᾶ σου ὡς βοτάνη ἀνατελεῖ, καὶ παραδώσεται καὶ κληρονομήσουσι γενεὰς γενεῶν. quæ apud Cyrillum quoq; Alexandrinum & Procopium Gazæum hîc leguntur, in Complutensi & Romanâ editione omissa, & in MS. Juniano (asteriscis distincto) ad marginalia scholia rejecta.

De Luciano Martyre, in Actis ejus, apud Simeonem, Logothetam & Metaphrastam dictum, (indéque apud Suidam, in voc. Λουκιανὸς) ita scriptum habetur. Οὗτος τὰς ἱερὰς βίβλους, ἰδὼν πολὺ τὸ νόθον ἐπεισεφρυηκὸς, τῷ τε χρόνῳ λυμαινόμενον πολλὰ τῶν ἐν αὐταῖς, καὶ τῆς συνεχοῦς ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταδόσεως, ἢ μὴν τοι καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων πονηρεύσασθαι, οἱ τῇ ἐλλιπεσμένῃ

σεσηκώσαι, παρατρίψαι τὸν ἐν αὐταῖς νοῦν παρακαμόντων καὶ πολὺ τὸ κίβδηλον ἐν αὐταῖς διαπεφευγότων. αὐτὸς ἁπάσας ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Ἑβραΐδος ἀνεστώσατο γλώσσης, ᾗ καὶ αὐτῷ ἀκριβωκὼς ἐς τὰ μάλιστα ἦν. *Hic, quum sacros libros multa adulterina recepisse vidisset, (quòd & tempus ipsum multa in eis corrupisset, & continua aliorum ex aliis descriptio; atque improbissimi homines, Hellenismi patroni, eorum sensum pervertere tentâssent, multáque adulterina in eis interseruissent:) eos ipse omnes in manus assumens, ex linguâ renovavit Hebraicâ, quam ipsam quoque maximâ ex parte callebat.* et in fine Synopseos Athanasianæ. Ἔβδμη καὶ τελευταία ἑρμηνεία ἐστὶν ἡ τοῦ ἁγίου Δουκιανοῦ τοῦ μεγάλου ἀσκητοῦ καὶ μαρτυρος. ὅστις καὶ αὐτὸς ταῖς προηγεσμέναις ἐκδόσεσι καὶ τοῖς Ἑβραϊκοῖς ἐντυχὼν, καὶ ἐκπαιδεύσας μετὰ ἀκριβείας τὰ λείποντα ἢ καὶ πεπλανημένα τῆς ἀληθείας ῥήματα, καὶ διορθωσάμενος ἐν τοῖς οἰκείοις τῶν γεγραφῶν τόποις, ἐξέδοτο πᾶσι χριστιανοῖς ἀδελφοῖς. ὅπερ δὴ καὶ ἑρμηνεία μετὰ τὸν ἀθλησιν καὶ μαρτυρίαν τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Λουκιανοῦ, τῷ γενομένῳ ἐπὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τῶν τυράννων, ἦγεν τὸ ἰδιοχειρον αὐτῆς τῆς ἐκδόσεως βιβλίον, εὑρέθη ἐν Νικομηδείᾳ ἐπὶ Κωνσταντίνου βασιλέως τοῦ μεγάλου περὶ Ἰουδαίους ἐν τοίχῳ πυργικοῦ ἀνακεχωσμένῳ κειμήλιον εἰς διαφύλαξιν. *Septima & postrema interpretatio sancti Luciani magni Ascetæ & Martyris est: qui & ipse, cùm in prædictas Editiones & Hebraicos libros incidisset; & diligentèr quæ vel veritati deerant vel superflua aderant inspexisset, ac suis quæque propriis Scripturarum locis correxisset, interpretationem hanc Christianis fratribus edidit. quæ sanè post ipsius certamen & martyrium, quod sub Diocletiano & Maximiano tyrannis sustinuit, libro videlicèt propriâ ipsius manu scripto comprehensa Nicomediæ sub Constantino magno Imperatore, apud Judæos, in pariete turriculæ calce circumlito, quo custodiæ gratiâ posita fuerat, inventa est.*

De eâdem Nicetas quoque metropolita Heraclienſis, in Com-

Commentariorum Pſalterii Procemio. Ἐπὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τῶν τυράννων, ἱερομάρτυς Λουκιανὸς ἀνὴρ οὐχ ἧττον τὰ Ἑβραίων ἀκριβωσάμενος ἢ τὰ ἡμέτερα, τὰς ἐκείνων βίβλους εἰς τὴν ἑλληνίδα διάλεξιν μετατίθησιν ἀεί τι καὶ ἀσφαλέστατα ἡμεῖς δὲ καὶ τῇ τοιαύτῃ ἐκδόσει σεβαζόμενοι, τῇ τῶν ὁβ΄ φερόμεθα μᾶλλον ὅτι διῃρημένως τὴν τῆς διαλέξεως μεταβολὴν ποιησάμενοι, μίαν ἐν ἑκάστοις ἔννοιαν καὶ λέξιν ἀποδεδώκασιν. *Sub Diocletiano & Maximiano tyrannis ſanctus Martyr Lucianus, vir non minùs in Judæorum quàm in noſtrorum ſcriptis exactè verſatus, illorum libros in noſtram dialectum optimè atque accuratiſſimè tranſtulit. Nos verò, ejuſmodi editionem venerantes, eam quæ eſt* LXXII. *maximè præferimus: quia diviſim dialecti tranſlationem facientes, unam in omnibus ſententiam & dictionem reddiderunt.* ac ſi Lucianæa illa planè nova fuiſſet Verſio, atque ab eâ quæ LXXII. Interpretum habebatur prorſus diverſa. Quod tamen, in ſuorum Pſalterii commentariorum Præfatione, aliquantulum emolliit Euthymius; hoc de illâ editione adjiciens. Αὐτὴ συνάδει τῇ τῶν ἑβδομήκοντα, τὰ παρεφθαρμένα τῆς ἄλλων ἀξιοῦσα. *Hæc cum* LXX. *Interpretum editione conſentit, & quæ ab aliis depravata fuerant reprobavit.*

Sanè Lucianus *tantum in literarum ſtudio laboravit ut uſque nunc quædam exemplaria Scripturarum Lucianea nuncupentur*: inquit, in Catalogo Eccleſiaſticorum ſcriptorum, Hieronymus. Sed Κοινὴν ſive Vulgatam τῶν ὁ eam fuiſſe editionem; quæ à pleriſque Λουκιανὴ (vel Λουκιανὶς) *dicebatur*, oſtendit (*b*) alibi idem: et quidem poſt Origenis emendationem, (*c*) alio modo ab ipſo interpretatam. Quo in genere & Lucianum & Heſychium majorem quàm Origenem licentiam ſibi ſumpſiſſe, & minore cum ſucceſſu, ex loco illo Hieronymi, in Præfatione Evangeliorum

(b) Hier. ep. 135. ad Sun. & Fretel.

(c) Id. ep. 107. ad Chromat.

geliorum ad Damaſum, colligitur. *Prætermitto eos codices, quos à Luciano & Heſychio nuncupatos paucorum hominum aſſcrit perverſa contentio: quibus utique nec in toto Veteri inſtrumento poſt* LXX. *Interpretes emendare quid licuit, nec in Novo profuit emendâſſe; quum multarum gentium linguis Scriptura antè tranſlata doceat falſa eſſe quæ addita ſunt.* Unde & à Gelaſio, cum Romanâ LXX. Epiſcoporum Synodo, Evangeliorum ab eis factam emendationem hâc cenſurâ videmus notatam. *Evangelia quæ falſavit Lucianus, Apocrypha. Evangelia quæ falſavit Heſychius, Apocrypha.*

d) *Orig. tract. 8. & in Matthæum.*

Origenes verò, (*d*) Novi Teſtamenti exemplarium emendationem ejuſmodi ſe potuiſſe facere, ſine periculo non putans, Veteris vulgatam lectionem correxit; non obelo ſolùm notans quæ in Hebræo non erant, ſed aſteriſco etiam appoſito ea quæ in Hebræo erant adjiciens: ita ut (*e*) *hoc in Eccleſiis legeretur, quod Septuaginta neſcierunt.* Nam *omnes Chriſti eccleſias tàm Græcorum quàm Latinorum Syrorúmque & Ægyptiorum hanc ſub aſteriſcis & obelis editionem legiſſe*, in Præfatione commentariorum Danielis confirmat Hieronymus. Qui & ex hujus editionis ab univerſis recepto uſu, adverſùs Auguſtinum (qui, præpoſtero in eam quam *LXX.* Seniorum interpretationem fuiſſe exiſtimabat Verſionem amore abreptus, Hieronymi ex Hebraico verſionem mille partibus meliorem averſabatur) hunc in modum diſſerit. (*f*) *Miror quomodo Septuaginta Interpretum libros legas non puros ut ab eis editi ſunt, ſed ab Origene emendatos ſive corruptos per obelos & aſteriſcos; & Chriſtiani hominis interpretationculam non ſequaris: præſertìm cùm ea quæ addita ſunt ex hominis Judæi atque blaſphemi poſt paſſionem Chriſti editione tranſtulerit. Vis amator eſſe verus Septuaginta Interpretum? Non legas ea quæ ſub aſteriſcis ſunt, imò rade de volu-*

(e) Hier. ep. 107. ad Chromat.

(f) Id Ep. ad Aug.

voluminibus, ut veterum te fautorem probes. Quod si feceris, omnes Ecclesiarum bibliothecas condemnare cogeris. Vix enim unus aut alter invenietur liber, qui ista non habeat.

Vocabantur autem (g) *Palæstini* isti codices, quòd vel in Palæstinâ, dum apud Cæsaream Stratonis commoraretur, Origenes eos elaboraverit; vel quòd Pamphilus ex Hexaplis, in Cæsarienſi ſuâ bibliothecâ repoſitis, illos deſumptos unâ cum Euſebio, (qui & ipſe poſteà Cæſareæ fuit epiſcopus, & ob ſummam cum illo animi conjunctionem *Pamphili* cognomentum obtinuit) emendavit & ſeorsìm evulgavit: vel quòd Palæſtini eos Chriſtiani, unico Pſalterio excepto, in publicum uſum primi omnium receperint. Cùm enim priùs eâ quæ pura LXX. Seniorum interpretatio habebatur illi fuiſſent uſi. (quam & Juſtinum Martyrem, qui inter eos degebat, uſurpâſſe diximus) Vulgatam editionem alteram, ab Origene interpolatam, ita poſteà receperunt, ut Pſalmos tamen, qui non poterant auferri ex ore cantantium populorum, juxta priſtinam conſuetudinem decantandos retinuerint. Apud eos enim (ut in epiſtolâ 18. ad Marcellam de Bethlehemitis ſcribebat Hieronymus) *extra Pſalmos ſilentium erat; quocunque te verteris, arator ſtivam tenens Alleluia decantat; ſudans meſſor pſalmis ſe avocabat, & curvâ attondens vites falce vinitor aliquid Davidicum canebat: hæc erant in provinciâ carmina, hæ (ut vulgò dicitur) amatoriæ cantiones.* Unde, ut in Romanâ hodie Eccleſiâ, reliqui quidem Veteris Teſtamenti ex veritate Hebraicâ Pſalmi verò, ob inolitum eorum in Eccleſiaſticis officiis uſum, ex Græcâ editione ab Origene interpolatâ, Latinè ab Hieronymo converſi leguntur; ita Pſalterium quoque, ob eandem rationem, ex puriore [illegible] editione (h) *Hieroſolymæ atque* in Orientis

(g) *Id. epiſt. 107. ad Chromat.*

(h) *Id. epiſt. 135. ad Sun. & Fretel.*

Ecclesiis decantabatur; licèt in cæteris libris Origenica illa altera locum obtinuerit.

Hîc quoque in *Daniele* à Pamphilo & Eusebio ipse Theodotio (non in cæteris etiam libris ab Origene: quod (*i*) Baronio, nescio quo errore, excidit) obelis & asteriscis, reliquo operi congruenter convenientérque, distinctus fuisse; indéque hâc editione tam longè latéque propagatâ, ut pro vulgatâ τῶν ο΄ editione, (*k*) Christianæ Ecclesiæ Theodotionem in *Daniele* legerent, effectum fuisse videtur.

(*i*) Baron. ann 184. sect. 4.

(*k*) vid. supr. c. 6.

Habuisse se testatur Andreas Masius Deuteronomii bonam partem, & omnes Veteris Testamenti libros Historicos, Alexandriæ à Syro interprete anno Alexandri 927. (qui anno æræ nostræ Christianæ 626. maximâ ex parte respondet) *conversos ad verbum de Græco exemplari, quod manu Eusebii ad Origenis libros qui in Cæsariensis ecclesiæ bibliothecâ asservabantur, fuerat emendatum; cùm huic ad eam rem adjutor fuisset suus Pamphilus.* Unde & librum Josuæ Græcè ac Latinè, obelis, asteriscis atque lemniscis distinctum, Antuerpiæ anno 1574. typis Plantinianis excudendum curavit. ubi lemniscum duobus punctis ita ⸗ signatum, diversam scripturam denotare ille admonet; hypolemniscum, unico puncto subsignatum, eandem, sed pauciorum testimonio codicum confirmatam.

Ego verò in hâc editione lemniscis, vel unico vel nullo puncto signatis, Eusebium & Pamphilum usos tantùm fuisse existimaverim, ad voces eas denotandas, quæ in puriore editione τῶν LXX. alitèr legerentur. Cùm enim in Hexaplis duo essent τῶν ο΄ ordines, (ut in præcedente capite est observatum) unus qui sinceriorem eorum editionem illam, alter qui κοινὴν sive Vulgatam, obelis & astetiscis distinctam, exhiberet: in posteriore hâc,

à

à priore jam ſejunctâ, per ſimplices lemniſcos varietas lectionis in priore ordine repertæ, eſt ſignata; quemadmodum in aliis libris, per hypolemniſcum unico puncto ſignata ejuſmodi lectio denotari ſolebat, quæ in uno tantùm, per lemniſcum duobus punctis ⸗ inſignitum, ea quæ in utroque ſimul τῶν ὁ ordine inveniretur. quod poſterius Heſychius me docuit; ad verba hæc Pſalmi *XII.* (al. *XIII.*) ὁ ἀσω τῷ Κυρίῳ τῷ ἐυεργετήσαντί με, iſta adnotans. Τοῦτον τὸν στίχον δύο ζυγοὶ τῶν οβ' ἑρμηνευτῶν εἶπον. διὸ παρέκειται σημεῖον τὸ διὰ τῆς μέλανος ὁ λέγεται λημνίσκος. διὰ μὲν κεραίας τῆς μέσης σημαίνει τὸν στίχον, διὰ δὲ τῶν δύο στιγμῶν τῆς ἐπάνωθεν ἢ τῆς ὑποκάτω τὰς δύο ζυγὰς τῶν ἑρμηνευτῶν ἀνοίξατο. *Hunc verſiculum duo ordines ipſorum* LXXII. *interpretum dixerunt. Quare appoſitum eſt ſignum illud, quod atramento fit, & vocatur lemniſcus. Per mediam quidem virgulam ſignificat verſiculum; per duo autem puncta, unum ſupra alterum infra, indicavit duos ordines ipſorum interpretum.*

Habuit & Renatus Marchalus Prophetarum exemplar Græcum, majuſculis literis deſcriptum: quod in Cardinalis Rupefucaldii bibliothecam tranſlatum, eo jam mortuo, in Jeſuitarum Pariſienſium manibus eſſe audio. In eo ad finem Jeremiæ nota iſta eſt appoſita. Μετελήφθη δὲ ἀπὸ ἀντιγράφου τῆς ἁββᾶ Ἀπολιναρίου τῆς κατὰ Καισάρειαν, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸ κεῖται ταῦτα. Μετελήφθη ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις Ἑξαπλῶν, ἃ διορθωθέντα ἀπὸ τῶν Ὠριγένους αὐτῆ Τετραπλῶν, ἅπερ ἡ αὐτῆ χειρὶ διωρθώσατο καὶ ἐσχολιογράφησε. Ὁ Ἐυσέβιος ἐγὼ σχόλια παρέθηκα. Πάμφιλος καὶ Ἐυσέβιος διορθώσαντο. *Deſumptum eſt ab exemplari patris Apolinarii cœnobiarchæ; in quo ſubjecta ſunt iſta.* " *Deſumptum eſt ab Hexaplis juxta editiones, & correctum* " *eſt ex Origenis ipſius Tetraplis, quæ & propriâ ejus manu* " *correcta ſunt & Scholiis illuſtrata. Ego Euſebius Scholia adjeci. Pamphilus & Euſebius correxerunt.* Jeremiæ enim, ut & Eſaiæ, Græcus textus ex

Apollinarii cœnobiarchæ exemplari transſcriptum, Κοινὴν' ſive Vulgatam editionem quæ in Origenis Hexaplis extabat, hîc nobis exhibet: ſed ordine communis lectionis ſervato, (qui in Jeremiâ, (*l*) à cap. *XXV.* 13: uſq; ad libri ferè finem, admodum confuſus, in Hexaplis ad ſeriem textûs Hebraici eſt reductus) obelis demptis, & his quæ ab Origene ſub aſteriſcis addita fuerant è textu ſubmotis. In Scholiis verò Euſebii marginalibus, ſub aſteriſcis quæ in Vulgatâ deerant ex Aquilâ, Symmacho & Theodotione ſunt ſuppleta: per lemniſcos autem tum eorundem in aliis locis interpretationis diverſæ, tum editionis quæ pro genuinâ τῶν ἑ habebatur, hujuſque ipſius Κοινῆς variantes lectiones ſunt notatæ. Neque hîc ſolùm, ſed in aliis etiam Scripturæ libris ſimilem ſuſcepiſſe laborem Euſebium, ex veteribus in Pſalmos ſcholiis liquet: in quibus Euſebianus iſte Codex ſubinde citatus invenitur. Ita de clauſulâ illâ, ad ipſum finem Pſalmi XII. (ſecundùm Græcos) adjectâ, καὶ ψαλῶ ὀνόματι κυρίου τοῦ ὑψίστου, *et pſallam nomini Domini Altiſſimi*, in iis habetur adnotatum. Οὐκ ἔκειτο παρ' ἑαυτῷ ἐν τῷ Τετρασελίδῳ, ὅτε ἐν τῷ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ὅτι ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ. *Non eſt poſita apud ullum in Tetraſelido, neque in libro Euſebii Pamphili, neque in Hebraico.* et in Pſalmi LXXXV. titulo illud, πρὸς τὸν Ἀσσύριον *ad Aſſyrium*, ἐν τῷ βιβλίῳ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου *in libro Euſebii Pamphili* poſitum non fuiſſe dicitur. et de Pſalmi CXXXVI. titulo, ibidem adſcriptum legitur. Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβδομήκοντα, Εἰς τὸ Εὐσεβίου, τῷ Δαβίδ, μόνον ἐπιγέγραπται. καὶ ἕξω. Ἀνεπίγραπτος παρὰ τρισί. *Sine titulo apud Hebræos. In libro Euſebii tantummodò inſcriptum eſt*; Τῷ Δαβίδ, (ſine *Jeremiæ* adjecto titulo:) *& extrà*, in ſcholio marginali ſc. *Sine titulo apud tres illos.* Quæ *trium* illorum notatio in codice Rupefucaldiano cùm alibi paſſim occurrit, tum Eſaiæ XXVII. 12. ubi ad vocem

(*l*) *Vid. infrà cap. 9.*

cem συμφέρξη in textu lemniſco notatum, in ſcholio Euſebii marginali apponitur, οἱ γ', ῥαβδίσκοι· et in Cardinalis Barberini codice, ad eundem locum; Α.Σ.Θ. ῥαβδίσκοι. Unde intelligitur τῶν γ' titulo Aquilam, Symmachum & Theodotionem denotari: quod in Præfatione Arabicæ interpretationis Pentateuchi, in bibliothecâ Bodicanâ, expreſſè eſt indicatum.

Ita igitur duplicem Vulgati ab Origene emendati textûs editionem ab Euſebio & Pamphilo adornatam fuiſſe apparet: ſimplicem hanc unam, atq; obelis, & aſteriſcis, & lemniſcis interſtinctam alteram. Utram verò earum editionum Conſtantinopolitanis dederit Euſebius, quum (*m*) Conſtantini Magni juſſu, quinquaginta librorum ſacrorum volumina, ad uſum eccleſiarum in urbe regiâ noviter extructarum, Cæſareæ in membranis eleganter deſcribi curavit; nec ipſe dicit, nec quiſquam alius aperit. quanquam illam obelis, & aſteriſcis inſignitam, ut uſui Eccleſiaſtico aptiorem, delectam fuiſſe arbitremur: ita ut Lucianeam editionem (quæ ſub eodem Conſtantino Nicomediæ inventa Conſtantinopoli poſteà probata fuit) illa præoccupans, eâ quoque receptâ, non modò priſtinam ſuam exiſtimationem ibi non amiſerit; ſed etiam inde, tanquam ex arce Imperii, in cæteras provincias propagata, omnes omnium Bibliothecas (uti ex Hieronymo audivimus) tandem occupaverit.

(m) *Euſeb. de vitâ Conſtantini l. 4. c. 36. 37. Socrat. l. 1. c. 6. Theodoret. l. 1. c. 16.*

Fallitur enim hîc Sixtus Senenſis (*n*) qui in hiſce libris Euſebii Ἐκλογὰς contineri cenſuit, five collectanea eorum potiſſimùm divinæ Scripturæ *locorum ac ſententiarum, quas maximè ad Eccleſiæ ædificationem & uſum putavit convenire.* ſicut & paulo antè fallebatur, *librorum omnium veteris Teſtamenti, qui in Hebræorum Canone ſunt, in Græcam linguam tranſlationem* ab eodem Euſebio factam commemorans; cujus recordari Socratem non

(n) *Sixt. Sin. Bibliothec. Sanct. l. 4. in Euſebio Cæſar.*

rectè ait, libro 1. hiſtor. & Sozomenum libro 2. loci illius, à (o) Socrate ex Georgio Laodiceno epiſcopo in Euſebii Emeſeni Vitâ producti, ſententiâ non ritè perceptâ, ubi de *Emeſeno* illo ita ſcriptum legimus. ὑπὸ Παγχοείλε καὶ Εὐσεβίε τὰ ἱερὰ ἡμῶν γράμματα, ὧν ὁ μὲν ἐν Καισαρείᾳ, ὁ δ' ἐν Σκυθοπόλει φοιτήσας ἐκλησίας. quibus verbis nihil aliud author ſignificatum voluit; quàm Euſebium Emeſenum ſacrarum literarum intelligentiam à Patrophilo Scythopolitano & Euſebio Cæſarienſi epiſcopo didiciſſe: quibus magiſtris in librorum divinorum explicatione uſum illum fuiſſe, refert etiam (p) Sozomenus. Unde quoque apparet, quid de eo fit ſentiendum, quod de Patrophilo ab eodem Sixto eſt traditum. (q) *Patrophilus Scythopoleos Palæſtinæ epiſcopus, in primâ Nicænâ ſynodo clarus, omnem Hebraicam Scripturam Græcè verti, anno Domini 300. Meminit hujus tranſlationis Gregorius* (Georgium volebat dicere) *Laodicenus epiſcopus, in vitâ Euſebii Emeſeni.*

(o) Socr. hiſt. l. 2. c. 6. καρακ. 3.

(p) Sozom. hiſtor l. 3. c. 5.

(q) Sixt. Sen. Biblioth. l. 4. in Patrophilo.

Fuit & Vetéris Teſtamenti Græca *Johannis Joſephi* editio, cujus meminit Theodoretus, (r) Diſſertatione MS. in Prophetas & Editiones, notulâ Λ Λουκιανῦ, ἰῶ Ἰωαννῆ Ἰσραήτε editionem ſignificari ſolitam oſtendens. Lucianeæ verò editionis exemplum illud fortaſſe fuerit, quod ex bibliothecâ Cæſarienſi Cappadociæ ad ſe delatum (ſ) Georgius Syncellus memorat; cujus inſcriptio ſignificabat, ὡς ὁ μέγας καὶ θεῖος Βασίλειος τὰ, ἐξ ὧν ἐκεῖνο ἀπηγέφη, ἀνηβαλὼν διορθώσατο βιβλία, *quòd libros, ex quibus illud deſcriptum fuerat, magnus & divinus Baſilius collatos ad invicem emendaverit.* Nam Apollinarii Laodiceni aliud fuit inſtitutum: qui *bono quidem ſtudio ſed non ſecundùm ſcientiam, de omnium tranſlationibus in unum veſtimentum pannos aſſuere conatus eſt, & conſequen-*

(r) Jo. Philippæus Præfat. in Oſeam.

(ſ) Georg. Syncell. Chronic. p. 203.

quentiam Scriptura non ex regulâ veritatis ſed ex ſuo judicio texere; ut ſub finem libri 2. Apologiæ adverſus Ruſinum notavit Hieronymus, qui & in Commentariis ad cap. 12 Eccleſiaſtis, de loco quodam à Symmacho ibi converſo agens; illius *interpretationem Laodicenum ſecutum, nec Judeis placere potuiſſe* affirmat, *nec Chriſtianis, dum & ab Hebræis procul eſt, & ſequi Septuaginta Interpretes dedignatur.* Atque hæc de Græcis editionibus, poſt Origenis tempora in Eccleſiam introductis, dicta ſufficiant: ad eas quæ noſtris ſuperſunt temporibus jam venio.

CAP. VIII.

De editionibus Græcis hodiè extantibus; Complutenſi imprimis, Venetâ, atque Romanâ: quæ mixtæ, non puræ τῶν ο΄ editiones eſſe demonſtrantur.

Editionum & Verſionum jam dictarum omnium quodnam fatum fuerit, Martinus Martini, primus trilinguis ſacrorum Bibliorum in Academiâ Salmanticenſi interpres, ita enunciat. (a) *Univerſæ ſupradictæ verſiones, cum ſuis aſteriſcis & obelis prorſus periere, & tantummodò veſtigia illorum manſerunt in monumentis antiquorum Patrum. Præterea, nec authorem hujus Græcæ tranſlationis certò cognoſcimus; nec an ſit una ex ſupradictis, aut ex omnibus illis ſit conflata, ut illa Luciani* (vel Apollinarii potiùs) *fuit, compertum habemus.* Sibique ſe perſuaſiſſe Johannes Curterius ait, (b) *omnes Græcas editiones,*

(a) *Martin. l. 1. c. 4. Hypotypoſi da Theologica edit. Salmantic. anno 1565.*

(b) *Curter. Præfat. præfix. Commentar. Procopii Gazæi in Iſaiam.*

ones, sive quæ typis jam mandatæ sunt, sive quæ in bibliothecis adhuc latent, mixtas esse; forsan alias aliis minùs. De quibus ut rectè judicare valeamus, de Impressis primùm, deinde de Manuscriptis codicibus est disputiendum: & cùm non modò de primævâ LXX. virorum Versione quæ in Ptolemæi Philadelphi, sed ne de succedaneâ quidem illâ alterâ quæ in Alexandrinâ Cleopatræ bibliothecâ repositа fuerat, recuperandâ spes ulla nobis sit relicta; an Vulgata saltem editio, Κατὰ Origeni dicta, commodâ aliquâ ratione restitui possit, amplius erit inquirendum.

Et editiones quidem typis excusæ, tres præcipuæ sunt, ad quas & reliquæ omnes referri poterunt: *Complutensis, Veneta, & Romana.* Earum prima, à Cardinale Francisco Ximenio de Cisneros archiepiscopo Toletano ex vetustissimis exemplaribus anno 1515. edita; in Bibliis Plantinianis Regiis, Commelinianis Fr. Vatabli commentario illustratis, & Parisiensibus illis polyglottis, anno 1645 Guidonis Michaëlis le Jay summâ diligentiâ & ingentibus sumptibus in lucem prodierunt, est recusa; & Latina ejusdem versio seorsim Basileæ anno 1520. per Andream Cratandrum impressa. Quam verò in eâ emittendâ rationem Complutenses secuti fuerint, (c) Flaminius Nobilius sic explicat.

(c) Præfat. Latinæ LXX. interpretat. Romæ edit.

Primùm, quod illi qui Hexapla, Tetraselida, Octoselida composuerant, plures editiones, quæ aut è regione sibi invicèm respondent aut una alteri supponeretur, simul sub aspectum dantes necessariò fecerant, ut seriem Græcæ lectionis ad seriem Hebraicæ non modò in libris sed in capitibus librorum atque ejusdem capitis sententiis revocarent (quare ex antiquis scriptis deprehendimus longè alium fuisse in simplicibus, atque in multiplicibus & quasi coacervatis exemplaribus ordinem:) idem etiam Complutenses, cùm & ipsi

He-

Hebraica præponerent atque cæteras attexerent, jure optimo fecerunt. Deinde longiùs progressi, cùm è Græcis unicam darent, in eo jam non Hexapla, sed alteram illam Origenis editionem (obelis videlicèt & asteriscis ab eo distinctam : quam tamen in Hexaplis etiam positam fuisse, ipse quoq; alibi agnoscit Nobilius) *hâc ex parte imitandam sibi statuerunt ; ut quæ in Hebraico erant, si in* LXX. *deessent, ex aliâ interpretatione explerent : in eo autem ab Origenis instituto discessserunt, quòd quæ in LXX. supererant, quæque Origenes satis habuerat obelo notare, ipsi sæpenumerò resecârunt ; ac præterea delectu ipsarum etiam dictionum habito, collatisque exemplaribus, non modò Bibliorum, sed etiam ex Græcorum commentariorum, ubi varia se offerebat lectio (quod frequentissimè evenit) eam probârunt ac retinuerunt, quæ ad Hebraicam propiùs accederet. quamvis id, aut libris destituti, aut tædio victi, non perpetuò fecerint. Quod quidem eorum in hâc postremâ parte consilium nos minimè reprehendimus : sed à S. Hieronymo in Apollinario non est probatum ; atque ut laudandum sit, omninò tamen non ad* LXX. *Interpretum editionem constituendam, sed ad novam quandam ex multis permistam excudendam videtur pertinere.* Nob. in.

Ita in libro Jobi, exempli gratiâ, quæ apud LXX. haberi & ab Hebræo abesse, in epistolâ ad Julium Africanum notavit Origenes, ab hâc Græcâ editione exulant: & plurima illa, quæ in Hebræorum textu extare in LXX. verò desiderari significavit idem, hîc conspiciuntur omnia. Mutationum specimena, ex primo tantùm illius capitulo, hoc accipito. Versu primo, ubi LXX. Interpretes (testante etiam Hieronymo, traditionib. Hebraic. in Genes. cap. 10.) legunt, ἐν τῇ χώρᾳ τῆ Ἀυσῖτιδι, *in regione Ausitide*, Aquilam habere, ἐν γῇ Υ̓͂ς, *in terrâ Us*; eámq; lectionem sequi S. Johannem Chrysostomum in homiliis de

patientiâ Job, & Complutenſem editionem, Nobilius annotat. quod de Complutenſi quidèm editione verum eſt; de Chryſoſtomo non item. Virum enim doctiſſimum hîc fefellit Lælius Tifernas, Latinus Chryſoſtomi interpres; qui non Græcum textum ſed vulgatam editionem Latinam ſecutus, *in terrâ Hus*, reddidit. Ibidèm pro θεοσεβὴς, *Dei cultor*, Complutenſis editio ex aliâ verſione habet, φοβούμενος τὸν Θεὸν, *timens Deum*. verſ. 3. pro εὐγενὴς, *nobilis*, μέγας, *magnus* verſu 4. ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ἡμέραν, *unus quiſque ſuo die*, (quam Aquilæ interpretationem fuiſſe docet Olympiodorus) pro, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, id eſt, *quotidiè*.

Verſu 5. pro vulgatâ lectione, à Baſilio (homil. in *Attende tibi ipſe*) Chryſoſtomo & Olympiodoro (in Catenâ Græcâ) expoſitâ; μήποτε οἱ υἱοί μου ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτῶν κακὰ ἐνόησαν πρὸς Θεὸν, *ne fortè filii mei in mente ſuâ cogitaverint mala erga Deum*: Compl. habet, μήποτε ἥμαρτον οἱ υἱοί μου, καὶ εὐλόγησαν Θεὸν ἐπὶ καρδίας αὐτῶν οἱ υἱοί μου, *ne fortè peccaverint & benedixerint Deo in cordibus ſuis filii mei*. quo ferè modo & Aquila locum reddidit; μήπως ἥμαρτον οἱ υἱοί μου, καὶ εὐλόγησαν Θεὸν ἐν καρδίαις αὐτῶν: & eum, LXX. hîc relictis, in Jobi è Græco verſione adhuc ineditâ, ſecutus Hieronymus; *Ne fortè peccaverint filii mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis*. Verſu 6. pro, οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, *angeli Dei*; Compl. ex aliâ verſione habet, οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, *filii Dei*: & pro, μετ' αὐτῶν *cum eis*, ἐν αὐτῷ αὐτῶν, *in medio eorum*; quod in Aquilâ etiam habetur, & apud Chryſoſtomum ſermone 3. de Patientâ Job. Verſu. 8. pro, ἄνθρωπος ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, *homo ſine crimine, verax, Dei cultor*; Scholium Romanum ex aliâ verſione habet, ἀνὴρ ἁπλοῦς, καὶ εὐθὺς, καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, *vir ſimplex, & rectus, & timens Deum*: Complutenſis verò editio, utrâque interpretatione commixtâ; ἄνθρωπον ἄμεμπτος, ἀνὴρ ἁπλοῦς καὶ εὐθὺς καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, *homo ſine crimine, vir ſim-*

ſimplex & rectus, & timens Deum.

Verſu 9. pro, σέβεται τὸν Κύριον, *colit Dominum*; Compl. ex aliâ verſione habet, φοβεῖται τὸν Θεὸν, *timet Deum.* Verſu. 15. pro, ἐλθόντες οἱ ἁρπαλωτεύοντες, *venientes prædones*; Compl. ex aliâ interpretatione: ἐπέπεσε Σαβά, *irruit Saba.* Verſ. 16. pro, πῦρ ἐπέπεσε, *ignis cecidit*; Compl. juxtà Hebr. πῦρ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἔπεσεν, *ignis à Deo cecidit.* Verſ. 17. pro, οἱ ἱππεῖς ἐποίησαν ἡμῖν κεφαλὰς τρεῖς, *equites fecerunt nobis tres ordines*; Compl. habet, οἱ Χαλδαῖοι ἐπέθηκαν τρεῖς ἀρχὰς, *Chaldæi immiſerunt tres præfecturas* ſive *acies*: quomodò Aquilam reddidiſſe, refert Olympiodorus. Verſ. 19. pro, τὸ πνεῦμα μέγα, *ſpiritus magnus*; Compl. ex eodem Aquilâ reponit τὸ ἄνεμον μέγας, *ventus magnus.*

Veneta editio, ex multis veteſtiſſimis exemplaribus curâ Andreæ Aſulani, & typis Aldi Manutii anno 1518. excuſa prodiit. Quæ deinde, ordine librorum mutato, & Græci textûs tranſpoſitionibus variis in locis ad codicis Hebræi & vulgati Latini ſeriem reductis, Argentorati primùm à Johanne Lonicero anno 1526. Volphii Cephalæi typis eſt recuſa: tum Baſileæ anno 1545. per Johannem Hervagium (præfixâ Philippi Melanchthonis præfatione) ac demùm ibidèm anno 1550. additâ Latinâ verſione, per Nicolaum Brylingerum eſt impreſſa. In Francofurtenſi quoque editione, quæ cum notis Franciſci Junii (ut putatur) anno 1597. prodiit, Itervagiam illam anni 1545. ſecutos ſe fuiſſe profitentur typographi licèt in ordine textûs Græci ad Hebraicum conformando, Brylingerianam anni 1550. editionem illi ſpectaverint; & quatuor penultima Exodi capitula, & Proverbiorum XXIV. cap. partem magnam, ex Complutenſi editione hîc deſcripſerint. Additus in his omnibus eſt, *ex veteſtiſſimis in Græciâ ſcriptis bibliis*, Joſephi de Macca-

bæis libellus: quem & in Veterum codicibus cum aliis tribus Maccabæorum libris fuisse conjunctum, ex Philostorgii historiæ Ecclesiasticæ initio intelligitur.

De Venetâ editione, & Germanicis ex illâ expressis, in annotationibus ad Græcum suum Josuam pronunciat Andreas Masius, *esse illam quidèm simplicis interpretationis* LXXII. *Seniorum exemplum; sed haud purum, neque ab omni admistione verborum Theodotionis liberum.* Nos verò integros ferè Jobi et Esaiæ, libros ex mixtâ Origenis editione hîc expressos; & in primi Jobi capitulo non χαλαὰς τρεῖς, ut apud LXX. sed ἀρχὰς τρεῖς, ut apud Aquilam, positas hîc esse observavimus: quorum alterum ex manuscriptis quos habuimus asteriscis notatos; alterum ex Olympiodori notâ illâ in Job. I. 17. didicimus. Τὸ δὲ, Καθαλὰς τρεῖς, ἀντὶ τοῦ, διέταξαν ἑαυτοὺς εἰς πολέμιον εἰς ἀρχὰς καὶ τάγματα τρία· ὅπερ γὰρ Ἀκύλας ἐκδέδωκεν, Οἱ Χαλδαῖοι ἔθηκαν καθ' ἡμῶν τρεῖς ἀρχάς. Capita tria] *id est, Triplici adversarii instructâ acie, tribúsque ducibus creatis, irruptionem fecerunt. Sic enim Aquila redddidit:* Chaldæi disposuerunt contra nos tres præfecturas.

Glossemata quoque plurima, in Manuscriptorum marginibus primùm notata, & in textum posteà admissa, hîc occurrunt: eáque non ex variis solùm editionibus & versionibus petita, (cujusmodi insigne illud fuit, ex Danielis IX. 27. in VI. capite à nobis productum) sed etiam in locis quos citaverunt Apostoli, à vulgatâ Græcâ τῶν ο lectione discrepantes. Ità enim Esaiæ LII. 7. hîc legimus. Ὡς ὡραῖοι ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὡς εὐαγγελιζομένων ἀκοὴν εἰρήνης· & Zachar. XII. 10. Ἐμβλέψονται πρός με, ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο. ubi ὡραῖοι ex Roman. X. 15. & ἀνθ' ὧν ἐξεκέντησαν ex Johann. XIX. 37. insulta huc fuisse, sicut & ex Rom. XI. 35. adjecta ad Esai. XL. 14. fuisse

illa τὸ προσδοκᾶν αὐτῷ, ὑ ἀντιπροσδιδόσθαι αὐτῷ; manifestum est.

Illud verò, Σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, *Corpus autem perfeciſti mihi*, non in hâc solùm, & aliis nostris omnibus Græci Psalterii editionibus, sed in nonnullis etiam apud Veteres receptis, ex Hebr. X. 5. in Psalmum XXXIV. (vel XL. juxta Hebræos) fuisse traductum, ex editione vulgatâ Latinâ, ab Hieronymo ad Græcorum exemplarium fidem hîc correctâ, liceat animadvertere. In eâ enim locus Psalmi ita reperitur redditus; *Aures autem perfeciſti mihi*: quod Græcæ lectioni respondisse, vel ex eo constat; quòd à Suniâ & Fretelâ aliâs id fuisset objectum, minores longè quàm hæc est inter textum Græcum & versionem Hieronymianam differentias hîc colligentibus. Eandem lectionem Eusebius Cæsariensis secutus, in Commentariis suis ad Psalterium sic est interpretatus: (*d*) Aures *meas*, *& eloquiorum tuorum obedientiam, perfeciſti mihi.* In Græcorum quoque Patrum expositione Psalmorum, à Balthasare Corderio editâ, (*e*) eadem habetur in textu lectio, ὦτα δὲ κατηρτίσω μοι, atque eadem subjecta explicatio. ὑπακοὴν με ἀπήτησας μόνην. Ὦτα γὰρ τὴν ὑπακοὴν λέγει. *Solam obedientiam à me exegiſti. Aures enim obedientiam appellat*: hâc etiam de Apostolicæ citationis differentiâ admonitione additâ. Τὸ δὲ, Ὠτία κατηρτίσω μοι, ὁ μακάριος Παῦλος εἰς τὸ Σῶμα μεταβαλὼν (ita enim ex Scholio Vaticano legendum, non, εἰς σώματα λαβὼν) εἴρηκεν, οὐκ ἀγνοῶν τὸ Ἑβραϊκὸν, ἀλλὰ πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν τοῦτο χρησάμενος. *Illud autem, Aures perfeciſti mihi, B. Paulus in Corpus mutans dixit: non ignorans quod erat in Hebraico, sed ad proprium scopum illo usus.*

(d) *Caven. Graecor. Patr. in Psalm. à Daniele Barbaro edit. Venet ann.* 1569. *p.* 463.

(e) *Tom. 1. edit. Antuerp. ann.* 1643. *pag.* 735. & 743. *seqq.*

Romana editio, studio Antonii Caraffæ Cardinalis, authoritate Sixti. V. Pontificis, Græcè ex vetustissimo Vaticanæ Bibliothecæ codice expressa, anno 1587. Latinè

nè verò reddita & notationibus à Flaminio Nobilio illuſtrata, ſequente anno in lucem exiit. Quæ utraque editio ſimul juncta, & capitum verſiculis diſtincta, Pariſiis anno 1628. à Johanne Morino eſt edita: qui, in Præfatione præfixâ, veram, germanam & ſinceram LXX. Interpretum tranſlationem eâ in editione exhiberi contendit. Sed argumentis ad hoc probandum ab illo allatis, in 2. diſputatione de verſione LXX. Interpretum, dubio 4. reſpondit Johannes D'eſpieres. De hujus verò editionis archetypo ſententiam hanc protulit, in notis ad Græcam ſuam editionem libri Joſuæ, Andreas Maſius. *Continet Vaticanus codex, longè quidèm ille vetuſtiſſimus, editionem ſimplicem* τῶ ἑβδομήκοντα, *neque ſuppletam aliâ interpretatione: ſed, niſi fallor, à Luciano martyre emendandi ſtudio nonnihil contaminatam, hoc eſt, eam quam* Κοινὴν *vocare ſolebant.*

Et ad vetuſtatem quidèm quod attinet: Romani editores codicem eum, quòd eſſet *majoribus literis, quas verè antiquas vocant, exaratus; ante milleſimum ducenteſimum annum, hoc eſt, ante tempora B. Hieronymi, & non infra, ſcriptum* ſuiſſe conjiciunt. Sed nullo argumento conſtat, ejuſmodi ſcribendi formam Hieronymi temporibus in uſu eſſe deſiiſſe. Latinorum certè Bibliorum exemplar in Ciſtericienſium monaſterio montis Amiatæ agri Semenſis cuſtoditur, *totum literis majuſculis exaratum, ſicut antiquitùs apud Romanos ſcribi paſſim ſolebat. Id quod antiquitatem illam redolens, circiter jam mille à Chriſto nato Redemptore noſtro annos exiſtimatur ſcriptum: nam tempore B. Gregorii Magni conſcriptum fuiſſe omninò exiſtimatur.* Refert hoc (*f*) Angelus Roccha: eam ſcribendi rationem per 200. adhuc annorum ſpatium ultra Hieronymî tempora producens. quanquam ſi vel maximè conſtaret, infra Hieronymi tempora Græcum

(f) Recth Append. Bibliothec. Vatican. pag. 487.

cum illud archetypon non fuisse exaratum, nihil id obstaret, quo minùs Κοινὴ hæc esset editio, à Luciano martyre vel emendata vel depravata. In quo nihilominùs falli doctissimum Masium nihil dubito, quum *Lucianeam* hanc esse editionem existimat.

Ut enim rei hujus veritatem explorarem, in minoribus Prophetis loca contuli, quæ in Scholiis optimi codicis Cardinalis Barberini notâ ⲗ, *Luciani* lectionem indicante, signata visebantur. Ex quâ collatione, Romanam cum Lucianeâ editione in uno tantùm loco convenisse deprehendi; Joel. II. 3. πρὸ προσώπου αὐτοῦ, *ante faciem ejus* (ut & in Hieronymi versione habetur) legendo; ubi alii codices ἐμπροσθεν αὐτοῦ cum Theodoreto, & MS. Alexandrino habent, vel ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ cum editione Aldinâ. Aliâs verò Lucianum legisse annotatum est, Hoseæ X. 9. ἀπὸ ἡμερῶν Γαβαὰ (vel Γαβαὰ) pro, ἐν τῇ ὀι βενὶ. & vers. 11. ἐργάσεται Ἰούδας, (convenienter Hebræo) pro παροξυνθήσεται Ἰούδας. Amos III. 13. τοῦ ἑρμηνεύοντος, (ut etiam est in Hebræo) pro, ὁ παντοκράτωρ. IV. 3. ἀναθήματα αὐτῶν ἁρματά, pro, τὸ ὄρος τὸ ῥιμμάν (ut est in editione Romanâ) sive ῥεμμάν (ut in versione Hieronymi) vel τὸ ὄρος τὸ ἁρματά (ut est in MS. Alexandrino, editione Aldinâ & textu Theodoreti.) & IX. 6. ἀσμῶν, pro, ἐπαγγελίαν. Jonæ I. 6. ἀνάστηθι (ut etiam est in MS. Alexandrino, editione Aldinâ & textu Theodoreti) pro, ἀνάστα in editione Romanâ, vel ἀναστὰς in MS. Barberiniano. Michæ I. 14. ὄικοι ματαίων (uti etiam in MS. Alexandrino) pro, ὄικοις ματαίοις. & versu 15. Σιὼν, quæ vox in editione etiam Aldinâ & textu Theodoreti legitur, pro quâ in editione Romanâ & versione Hieronymi rectiùs habetur Ισραὴλ. cap. IV. 13. ἀναθεματίσεις, pro, ἀναθήσεις. & VII. 2. ἐκλείποντα, pro, ἀπόλωλεν. Habbakuk II. 7. ἐξυπνιδήσονται, pro, ἐκνήψουσι. Sophoniæ I. 12. ὡς ἐκθήσω, pro, ἐξερευνήσω. & II. 4. ἐγκαταλελειμμένη, pro,

pro, ὑπερασπιστήν. Zachariæ I. 8. μυρσινεώνων, *myrtetorum*, (ut in Hebræo) pro, τῶν ὀρέων τῶν κατασκίων, *montium umbrosorum*; & IX. 10. καὶ λαλήσει εἰρήνην τοῖς ἔθνεσι, *& loquetur pacem gentibus*, (quomodo & Symmachus vertit:) pro, καὶ πλῆθος καὶ εἰρήνη ἐξ ἐθνῶν, *& multitudo & pax ex gentibus*. Denique, Malachiæ I. 6. post, καὶ δοῦλος τὸν κύριον ἑαυτοῦ, in Lucianeâ editione (ſicut etiam in Aldinâ, & codice Alexandrino, & Latinâ verſione Hieroymi, & Græco textu Theodoreti) verbum φοβηθήσεται additum fuiſſe notatur; quod ab editione Romanâ, ut & textu Hebræo, abeſt.

Vaticanum verò codicem *ad ipſam Septuagintâ interpretationem, ſi non toto libro, majore certè ex parte, quàm proximè accedere; vel ex ipſo etiam libri titulo, qui eſt* κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα, præter multa alia argumenta, conſtitiſſe ſibi affirmat Cafata Cardianlis. in epiſtolâ ad Sixtum V. Græcæ huic editioni præfixâ. Quod ipſum etiam viri illi docti, quos operi expoliendo ille præfecit, in præfatione ad Lectorem repetunt: ſub finem illius admonentes, non eò ſpectâſſe ipſorum induſtriam, ut ea exhiberetur editio *quam ſcribit B. Hieronymus à Græcis* Κοινὴ *à noſtris appellatam Communem*; ſed ut hæc, quam dabant, *ad eam quam Septuaginta Interpretes, Spiritûs Sancti auctoritatem ſequuti ediderunt, quantum per veteres libros fieri poterat, quàm proximè accederet.*

Verùm à titulo petitum argumentum illud, exigui admodum eſt momenti. Si enim ad Codicis principium (quem tamen, *longo ævo conſumptis membranis, mutilatum eſſe ab initio libri uſque ad caput* XLVII. Geneſeos, ipſi editores agnoſcunt) eâdem quâ reliquus liber ſcriptus eſt manu, titulus ille ſit appoſitus; ad totius libri, æquè ac maximæ ipſius partis, integritatem aſſerendam

dam ille faceret. Deinde, ejuſmodi eſt iſte titulus, qui non illius editionis, quæ τῶν LXX. pura & incorrupta exiſtimabatur, proprius, ſed cum Κοινῇ & Vulgatâ illi eſt communis. Κοινὴ enim iſta editio, *ipſa eſt quæ & Septuaginta eſt*: ut diſertis verbis in epiſtolâ 135. ad Suniam & Fretelam, affirmat Hieronymus. qui & ipſe textui, ex mixtâ editione ab Origene obelis & aſteriſcis diſtinctâ Latinè à ſe converſo, & cum commentariis in Prophetas edito, titulum *Septuaginta* ſemper præfigit: quod & in notationibus ſuis in principium Oſeæ agnoſcit ipſe Nobilius. Ut de duobus ordinibus τῶν ο in Hexaplis quæ dicta ſunt repetere nihil hîc neceſſe ſit.

Sed libri Vaticani bonitatem præcipuè perſpectam eſſe dicunt, *ex iis locis, qui partìm adducuntur, partìm explicantur ab antiquis ſacris ſcriptoribus; qui ferè nuſquam hujus exemplaris lectiones non exhibent ac reponunt, niſi ubi aliorum Interpretum locum aliquem afferunt, non Septuaginta.* Ad quod, pro nobis, Bonfrerius reſpondebit: Præloquii ſui in Scriptur. cap. XVI. ſect. 8. Romanam editionem ex hoc exemplari expreſſam, *ſubindè à veterum Patrum fragmentis diverſam eſſe repertam* aſſerens; *imò in nonnullis Scripturæ partibus tantam eſſe hujus etiam codicis à lectione eâ quæ apud ſanctos Patres eſt diſcrepantiam, ut planè diverſa verſio videri poſſit.* & exempli loco, ex libri Judicum capitulo V. *Canticum Deboræ* producens. *nam ubique ferè* inquit) *ab Origenis, Auguſtini, Theodoreti, Procopii lectionibus hic codex in eo Cantico diſſidet: cùm Regius & Baſileenſis codex,* (ille ex Complutenſi, hic ex Venetâ editione deſumptus) *longè propiùs ad iſtorum Patrum lectiones accedat.*

Quod autem illud ſe ſpectâſſe admonent, non ut Κοινὴν illam aut mixtam aliquam editionem darent, ſed ejuſmodi quæ ad germanam ipſorum LXX. *quantum per vete-*

res libros fieri poterat, quàm proximè accederet: ne id efficere posſent, primùm religio illa obſtitit, quâ uni Vaticano codici ita ſeſe obſtrinxiſſe agnoſcunt ipſi, ut, cæteris *veteribus libris* in Græci textûs editione neglectis, ubi aut jam obſoleta orthographia aut manifeſtus apparebat librarii lapſus, *ne latum quidem unguem ab hujus libri authoritate ſit diſceſſum, ne in iis quidem, quæ ſi minùs mendo, certè ſuſpitione mendi videbantur non carere.* ut in loco illo Pſalmi CIV. 31. (exempli gratiâ) ubi κυνομυῖα, non κοινομυῖα, legitur: de quo in fine epiſtolæ 135. ad Suniam & Fretelam, B. Hieronymus. *Cænomyia, non, ut Latini interpretati ſunt*, muſca canina, *dicitur per y Græcam literam; ſed juxta Hebraïcam intelligentiam per a diphthongum debet ſcribi, ut ſit* κοινομυῖα, *id eſt*, omne genus muſcarum: *ſed Aquila* πανομυῖαν, *id eſt*, omnimodam muſcam, *interpretatus eſt.* Quin & illud de ætate Solomonis duodecenni, quum regnare inciperet, non ſolùm ab Hieronymo (in epiſt. 125. ad Damaſum, quæſt. 2. & epiſt. 132. ad Vitalem) & aliis Chriſtianis ſcriptoribus, ſed etiam ab Eupolemo in libro de Eliæ prophetiâ (apud Euſebium, libro 9. Præparationis Evangelicæ) ante Chriſti tempora, tantoperè celebratum quod in III. Regum II. 12. tum MSS. codices tum Venetæ & Germanicæ omnes editiones nobis exhibent; in Romanâ editione omninò videmus prætermiſſum.

Sed nihil magis eorum conatum fruſtrabatur, quàm falſa illa de Vaticano iſto codice tam avidè ab eis hauſta perſuaſio; *ad ipſam, quam quærebam, Septuaginta interpretationem, ſi non toto libro, majori certè ex parte, quàm proximè eum acceſſiſſe.* quum ex puriore illâ ante LXX. editione, quæ habebatur in Hexaplis & κοινῇ ſive Communi illâ alterâ, mixtum eum fuiſſe, vel in ipſo, quod uſus magis familiare illis effecerat Pſalterio & ſuis ipſorum ad illud

illud appositis annotationibus, perspicere potuissent. Hic enim in Psalmo XIII. (secundùm Græcorum numerationem) legantur sex illi versiculi, ex III. capite epistolæ ad Romanos traducti; quos Hieronymus (in fine Præfat. libri 26. Commentar. in Esaiam) docuit *non esse in* LXX. *Interpretibus sed in editione vulgatâ quæ Græcè* Κοινὴ *dicitur.* Neque in *Hexaplo* istafuisse, ex vetere Græco scholio ipsi Romani editores monuerunt. Qui & ex simili Scholio illud, πρὸς τὸν Ἀσσύριον, *ad Assyrium*, in Psalmi LXXV. titulo, apud LXX. non fuisse annotârunt: paritèr quoque monente Theodoreto. Τῷ δὲ τῆς Ἀσσυρίας προσθήκην οὐχ εὗρον ἐν τῇ ἑξαπλῷ, ἀλλ' ἐν ἑτέροις ἀντιγράφοις *Additionem* Assyrii *non inveni in Hexaplo, sed in quibusdam exemplaribus.* qui & de interpolato titulo Psalmi CXLIII. similitèr admonuit. Ἦν ἐν ἑτέροις τῶν ἀντιγράφων τῇ ἐπιγραφῇ προτεθειμένον οὗτος, [περὶ τοῦ Γολιάθ.] ἔστι δὲ παρὰ τῷ Ἑβραίῳ, οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς, οὔτε μὴν τοῖς ἑβδομήκοντα εὗρον ἐν τῇ ἑξαπλῷ. *In nonnullis exemplaribus inscriptioni additum inveni* [Contra Goliath.] *Sed neque in Hebraico, neque apud alios Interpretes, neque apud ipsos* LXX. *inveni in Hexaplo.* Ità Psalmo LXXXI. 7. legitur: ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, *Vos autem sicut homines morimini.* quo modo Judæos transtulisse dicit Justinus, in Dialogo cum Tryphone; quum LXX. legerint, Ἰδοὺ δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, *Ecce verò sicut homines morimini:* In capite hujus Syntagmatis IV. ex Hieronymi epistolâ 135. ad Suniam & Fretelam, loca Psalterii 32. proposuimus; in quibus alia τῶν LXX. alia ἐκ Κοινῆς sive Communis editionis lectio extabat: in quorum XI. tantùm Vaticano codici cum puriore τῶν LXX. scripturâ conveniebat; nempè, Psalm. XXXIX. 13. XL. 6. XII. 10. LX. 5. LXXII. 11. LXXVI. 6. LXXVII. 31. LXXXV. 15. CIV. 42. CIX. 2. & CXXXVII. 2.

Neque hîc prætereundus Hilarii eſt ille locus, in explanationis ſuæ Pſalmorum Prologo. *Viſum aliquibus eſt, Hieremiæ, & Aggæi, & Zachariæ, quorundam Pſalmorum ſuperſcriptionibus nomina prænotare; quum horum nihil in authenticis Septuaginta tranſlatorum libris ita editum reperiatur: adeò ut etiam in plurimis Latinis & Græcis codicibus, ſine horum nominibus ſimplices tantùm Pſalmorum tituli præferantur.* At in codice Vaticano, Pſalmo CXLV. & tribus ſequentibus Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου, *Aggæi & Zachariæ* titulus cernitur appoſitus: de quo & Theodoretus ità monuit. Ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις περίκειται Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου· τοῦτο δὲ οὔτε παρὰ τῷ Ἑβραίῳ, οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις εὗρον ἑρμηνευταῖς, οὔτε παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα εὗρον ἐν τῷ ἑξαπλῷ. *In nonnullis exemplaribus additum eſt*, Aggæi & Zachariæ: *hoc verò nec apud Hebræum, nec apud alios Interpretes, nec apud LXX. inveni in Hexaplo.* Et licèt a Pſalmo CV. uſque ad CXXXVIII. MS. Vaticanus mancus ſit: tamen in libro edito, Pſalmo CXXXVII. ex aliis editionibus titulus præfixus legitur; Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ. Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου, *Pſalmus ipſi David, Aggæi & Zachariæ.* & Pſalmo CXXXVI. τῷ Δαβὶδ, Ἱερεμίου, *Ipſi David, Hieremiæ*; vel, ut aliæ editiones habent, διὰ Ἱερεμίου, *per Hieremiam.* ubi *Hieremiæ* mentionem erroneam eſſe, Græcus Pſalmorum paraphraſtes; ſummâ cum ſtultitiâ æquè ac audaciâ additam fuiſſe Theodoretus confirmat. quanquam illud in ἐπιγραφῇ Pſalmi CXXXVIII. Ψαλμὸς Ζαχαρίου ἐν τῇ διασπορᾷ, *Pſalmus Zachariæ in diſperſione*, quod idem Theodoretus, vel etiam (*h*) Origenes apud LXX. inveniſſe ſe negat, à Romanâ quoque editione rectè abſit; quod in Complutenſi & Aldinâ conſpicitur.

(g) *Tom. 3. Exerc. Græcor. Patr. in Pſalm. à Corderio ed. t. p. 657.*

(h) *Ibid. pag. 683.*

Quod verò de libris Prophetarum ſpeciatim affirmant editores, eos *maximè* in Vaticano *exemplari, uno excepto Daniele, puram editionem Septuagintæ reſipere*; alio id ab eis

eis argumento ſuaderi oportebat, quàm quòd iſta ab eo abeſſent, quæ in aliis ſub aſteriſcis fuerint addita. Ex Origenicâ enim Prophetarum editione hoc exemplar non fuiſſe deſcriptum, hinc ſolummodò conſequitur: ex illâ autem quæ ab ipſo Origene Κοινὴ ſive Communis eſt appellata, non fuiſſe deſumptum, indè omninò non efficitur. Et quidem *puram editionem Septuaginta* non ubique hîc ſpirare, ex multis Commentariorum Hieronymi locis liquet.

Eſaiæ XLVI. 1. (exempli gratiâ) ubi hîc, uti in Hebræo, contritus *Nabo* fuiſſe dicitur, LXX. *Dagon*; & Jeremiæ XVII. 27. ubi hîc ἄμαξαι. i. *bivia* legimus, LXX. βάρεις. i. *turritas domos* habuiſſe, confirmat Hieroymus. Sic & Jeremiæ XXIII. 10 LXX. *juramentum* dixiſſe pro *maledictione*, ab eodem eſt notatum. At in noſtro codice nulla vel *juramenti* vel *maledictionis* habetur mentio. Idem quoque Hieronymus locum illum, Habakuk III. 13. non ſolùm ex LXX. reddidit; *Suſcitâſti vincula uſque ad collum in finem:* ſed etiam in commentario addit, *ſimul conſiderandum, quòd ipſi, LXX. rerum neceſſitate compulſi, qui ſemper* SELAH *interpretabantur* DIAPSALMA, *nunc tranſtulerint* IN FINEM. eodémque modo & Veneta, cum Germanicis omnibus editionibus, legit; ἐξήγειρας δεσμὰς ἕως τραχήλου εἰς τέλος. Vaticanus tamen codex hîc etiam habet; ἐξήγειρας δεσμὰς ἕως τραχήλου. ΔΙΑΨΑΛΜΑ. & quod maximè notandum eſt, in eodem verſiculo, ubi cæteri libri habent, Ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαοῦ σου, τοῦ σῶσαι τοὺς χριστούς σου, *Egreſſus es in ſalutem populi tui, ut ſalvares Chriſtos tuos*; Vaticanus legit, τοῦ σῶσαι τὸν χριστόν σου, *ut ſalvares Chriſtum tuum:* quam interpretationem eo in loco Hieronymus, non LXX. (quos *plurali numero Chriſtos tuos* poſuiſſe dicit) ſed Theodotionis & Symmachi, Ebionitarum hæreli faventium,

fuisse confirmat. *Theodotio verò, inquit, quasi pauper & Ebionita, sed & Symmachus ejusdem dogmatis, pauperem sensum secuti Judaicè transtulerunt:* Egressus es in salutem populi tui, ut salvares Christum tuum. &, Egressus es salvare populum tuum, salvare Christum tuum. Et ex 46. Esaiæ locis, quæ in IV. capite ex Marchaliano sive Rupefucaldiano codice repræsentavimus, 13. tantùm sunt, in quibus Vaticanus codex puram LXX. (Esaiæ nimirùm III. 17. X. 30. XXI. 15. XXXVIII. 6. XL. 4. XLIV. 14. L. 1. & 9. LI. 12 & 23. LVII. 12. LIX. 13. & LXVI. 8.) reliqua Communem lectionem exhibent.

Neque verò in solo Daniele reperiri Theodotion hîc poterit, sed etiam in Jobi parte non exiguâ. Apud LXX. enim (ut ex Hieronymo & aliis à nobis (*i*) alibi est ostensum) magnâ sui parte truncatus legebatur: qui planè integer hîc apparet. Ut vostas illas libri hujus lacunas, ex his quæ sub asteriscis ab Origene sunt adjecta, quemadmodum in aliis editionibus ita etiam in ipsâ Romanâ, suppletas fuisse, nulli omninò possit esse dubium. Quod & in aliis quoque ejusdem editionis locis esse factum, vel ipsa Græca scholia, ab editoribus in annotationibus suis producta, manifestè declarant. In quorum uno docemur, ad I. Regum sive Samuelis, cap. XIV. 42. ex Theodotione adjecta esse illa, quæ in Romanâ non minùs quàm in Venetâ & Germanicis editionibus, hodie legimus. ὃν ἂν καταλήξηται Κύριος, ἀποθανέτω. καὶ εἶπεν ὁ λαὸς πρὸς Σαὺλ, Οὐκ ἔστι τὸ ῥῆμα τοῦτο. καὶ κατεκράτησε Σαὺλ τοῦ λαοῦ, καὶ βάλλουσιν ἀναμέσον αὐτοῦ καὶ ἀναμέσον Ἰωνάθαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. *quemcumque sorte ceperit Dominus, moriatur. Et dixit populus ad Saul: Non est verbum hoc. Et prævaluit Saul populo: & jaciunt inter eum & inter Jonathan filium ejus.*

(i) *Epistol. ad Ludov. Cappellum.*

Sed

Sed neque in ipſius Eſaiæ prophetiâ additionum hujuſmodi deſunt exempla. veluti in loco illo, cap. XXXIV. 4. καὶ ταπήσονται πᾶσαι δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, *& tabeſcent omnes virtutes cælorum.* ad quem ab Euſebio eſt notatum. Μὴ κείμενον ἐν τῇ τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνείᾳ, μετὰ ἀστερίσκων ἐκ τῆς τῶν λοιπῶν ἑρμηνείας προστέθη *Hoc in* LXX. *interpretatione minimè poſitum, ex aliorum interpretatione cum aſteriſcis eſt adjunctum.* & in altero, cap. LXII. 4. ὅτι εὐδόκησε Κύριος ἐν σοί, καὶ ἡ γῆ σου συνοικισθήσεται, *quia complacuit Domino in te, & terra tua cohabitabitur*: quem à LXX. prætermiſſum fuiſſe, oſtendit Hieronymus. Quibus & alia addi poſſunt complura in Rupefucaldiano codice ſub aſteriſcis ad marginem rejecta, quæ in Romano intra ipſum contextum admiſſa reperiuntur.

Ad III. Reg. cap. III. obſervat etiam Nobilius; *omnino multis modis conſtare aliqua eſſe admiſta ex aliis interpretationibus, & nonnunquam ex margine in textum irrepſiſſe, & alieno etiam loco eſſe collocata.* Et plurimis certè in locis, tum in hâc tum in Venetâ & eam ſecutis Germanicis editionibus, ejuſdem ſententiæ duplex occurrit interpretatio: ſive ad marginem Vulgatæ editionis notata primùm τῶν LXX. lectio in textum poſteà fuerit intruſa; ſive utraque in textum admiſſa, lemniſco ∾ interpoſito à ſe invicem primitùs fuerit diſtincta. Eorum verò, quæ hujus videantur eſſe generis, cùm ex aliis libris plurima, tum ex Moſaicis hæc à Nobilio exempla notata ſunt.

Exod. XXII. 2. Οὐ πεσεῖσθε μετὰ πλήθους ἐκκλῖναι ∾ μετὰ τῶν πλειόνων ὥστε ἐκκλῖναι κρίσιν. *Non apponeris cum multitudine declinare ∾ cum pluribus, ut excludas judicium.*

Exod. XXX. 8. θυμίαμα ἐνδελεχισμοῦ ∾ διαπαντός. *incenſum continuationis ∾ ſemper.*

Levitic. XVI. 31. Σάββατα σαββάτων ∾ ἀνάπαυσις ἀυτη ἐσαι

ἔσται ὑμῖν. *Sabbata ſabbatorum* ~ *requies hæc erit vobis.*

Deut. VII. 15. ἃς ἑώρακας ~ καὶ ὅσα ἔγνως. *quos vidiſti* ~ *& quæcunque nôſti.*

Deuteron. XII. 6. καὶ τὰ ἐκούσια ὑμῶν ~ καὶ τὰς ὁμολογίας ὑμῶν. *& ſpontanea veſtra* ~ *& confeſſiones veſtras.*

Deuteron. XVI. 7. Καὶ ἑψήσεις ~ καὶ ὀπτήσεις. *Et coques* ~ *& aſſabis.*

Deuteron. XXIII. 17. Οὐκ ἔσται πόρνη ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἔσται πορνεύων ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ. ~ Οὐκ ἔσται τελεσφόρος ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἔσται τελισκόμενος ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ. *Non erit meretrix de filiabus Iſraël; & non erit fornicans de filiis Iſraël.* ~ *Non erit ferens teletas de filiabus Iſraël; & non erit initiatus de filiis Iſraël.*

CAP.

CAP. IX.

De Romanâ ℣ LXX. editione Londini recusâ: & MS. exemplari Alexandrino, in Angliam à Cyrillo Patriarchâ transmisso. De duobus Prophetarum MS. codicibus ad Cardinalis Rupefucaldii & Barberini bibliothecas pertinentibus; déque aliis, qui obelos et asteriscos habent adjunctos. Libri Estheræ editio Græca duplex ex Arundellianâ bibliothecâ exhibetur: & in parte historiæ Judicum, Vaticani codicis cum Alexandrino exemplari collatio ob oculos proponitur.

ROmana ℣ LXX. editio Græcè minore formâ anno 1653. Londini est recusa: librorum tamen dispositione ad magis receptum à nobis ordinem conformatâ; & Psalmorum nomenclaturâ juxta Hebræorum, non Græcorum illam à Veteribus, & nominatim Justino Martyre, Cypriano, Athanasio, Hilario, Ambrosio, Hieronymo & Augustino receptam numerandi rationem, retentâ: additionibus item Estheræ & Danielis, cum cæteris libris, qui apud Hebræos non habentur, simul collocatis. Exodi præterea XXV. 6. versiculo, qui à Romanâ editione aberat, ex Aldinâ adjecto, [Καὶ ἔλαιον εἰς τὸ φαῦσαι,

θυμιάματα εἰς τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως, καὶ εἰς τὴν σύνθεσιν τοῦ θυμιάματος. *Et oleum in illuminationem, thymiamata in oleum unctionis, & in compositionem thymiamatis.*] atque in capite ejusdem libri XXVIII. ubi post versum (Parisiensis editionis) 22. in Aldinâ æquè ac Romanâ legebatur,

[29.] Καὶ λήψεται Ἀαρὼν τὰ ὀνόματα τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὅταν τοῦ λογείου τῆς κρίσεως ἐπὶ τοῦ στήθους, εἰσόντι εἰς τὸ ἅγιον μνημόσυνον ἐναντίον τοῦ Θεοῦ. *Et sumet Aaron nomina filiorum Israël super rationale judicii super pectus, introeunti in sanctum memoriale coram Deo.*

[24.] Καὶ θήσεις ἐπὶ τὸ λογεῖον τῆς κρίσεως τὰς κρεμαστὰς τὰ ἀλυσιδωτὰ ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν κλιτῶν τοῦ λογείου ἐπιθήσεις. καὶ τὰς δύο ἀσπιδίσκας ὑποθήσεις ἐπ' ἀμφοτέρους τοὺς ὤμους τῆς ἐπωμίδος κατὰ πρόσωπον. *Et pones super rationale judicii fimbrias; catenata super utraque latera rationalis impones: & duas aspidiscas impones super utrosque humeros superhumeralis ad faciem.*

[30.] Καὶ ἐπιθήσεις ὑπὸ τὸ λογεῖον, &c.

his ex Complutensi editione hîc substitutis, ut Hebraicæ veritati pleniùs respondentibus;

23. Καὶ ποιήσεις ὑπὸ τὸ λογεῖον δύο δακτυλίους χρυσοῦς, καὶ ἐπιθήσεις τοὺς δύο δακτυλίους τοὺς χρυσοῦς ἐπ' ἀμφοτέρας ἀρχὰς τοῦ λογείου.	23. *Et facies super rationali duos annulos aureos, & impones duos annulos aureos super utraque initia rationalis.*
24. Καὶ ἐπιθήσεις τοὺς κρεμαστοὺς καὶ τὰ ἀλυσιδωτὰ χρυσᾶ ἐπὶ τοὺς δύο δακτυλίους ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν κλιτῶν τοῦ λογείου.	24. *Et impones fimbrias & catenata auri, super duos annulos super utraque latera rationalis.*
25. Καὶ δύο κλίτη τῶν δύο κρεμαστῶν ἐπιθήσεις ὑπὸ τὰ δύο ἐμπλόκια. καὶ ἐπιθήσεις ἐπὶ τοὺς ὤμους τῆς	25. *Et duo latera duarum fimbriarum impones super duas connexiones; & impones super humeros*

ἐπωμίδος ἐξ ὑσσωπίας κατὰ πρόσωπον.

humeros superhumeralis ex adverso secundùm faciem.

26. Καὶ ποιήσεις δύο δακτυλίους χρυσοῦς, καὶ ἐπιθήσεις ἐπὶ τὰ δύο πτερύγια τοῦ λογείου, ἐπὶ τὸ ἄκρον ἀπ' ἄκρου τοῦ ὑποδύτου τῆς ἐπωμίδος ἔσωθεν.

26. *Et facies duos annulos aureos, & impones super duas alas rationalis, in summitatem à summitate posteriori superhumeralis intrinsecùs.*

27. Καὶ ποιήσεις δύο δακτυλίους χρυσοῦς, καὶ ἐπιθήσεις ἐπ' ἀμφοτέρας τὰς ὤμους τῆς ἐπωμίδος κάτωθεν αὐτῆς κατὰ σύνταγμα καθ' ὃ συμβολὴν ὑπεράνωθεν τῆς συνυφῆς τῆς ἐπωμίδος.

27. *Et facies duos annulos aureos, & impones super utrosque humeros superhumeralis ab infra ejus, secundùm copulationem desuper contexturæ superhumeralis.*

28. Καὶ συνάξουσι τὸ λογεῖον ἀπὸ τῶν δακτυλίων τῶν ἐπ' αὐτῷ εἰς τοὺς δακτυλίους τῆς ἐπωμίδος συνεχομένους ἐκ τῆς ὑακίνθου συμπεπλεγμένους εἰς τὸ ὕφασμα τῆς ἐπωμίδος, ἵνα μὴ χαλᾶται τὸ λογεῖον ἀπὸ τῆς ἐπωμίδος.

28. *Et constringes rationale ab annulis qui in eo ad annulos superhumeralis conjunctos ex hyacintho, connexos ad texturam superhumeralis; ut non desilunt rationale à superhumerali.*

29. Καὶ λήψεται Ἀαρὼν τὰ ὀνόματα τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπὶ τοῦ λογείου τῆς κρίσεως ἐπὶ τοῦ στήθους, εἰσιόντι (Complut. εἰσιὼν) εἰς τὸ ἅγιον μνημόσυνον ἐναντίον τοῦ Θεοῦ.

29. *Et sumet Aaron nomina filiorum Israël super rationale judicii super pectus, introeunti in sanctum memoriale coram Deo.*

30. Καὶ ἐπιθήσεις ἐπὶ τὸ λογεῖον &c.

30. *Et impones super rationali, &c.*

Cúmque in Jeremiæ prophetiâ, à capitis XXV. versu 13. usque ad postremi capitis initium, in Romanâ editione mira occurrat capitum trajectio (à Lud. Cappello oculis subjecta, in fine capitis 14. libri 4. sacræ suæ Criticæ:) eam Londinensis editor, Germanicarum editionum exemplum secutus, ad Hebraicæ scripturæ ordinem reduxit. Quod & à se factum Hieronymus, Præfatione in Jeremiam, his verbis significat. *Ordinem visionum, qui apud Græcos et Latinos omninò confusus est, ad pristinam fidem correximus.* Cujus perturbationis & Origenes, in epistolâ ad Julium Africanum, ita meminit. Πολλὰ τοιαῦτα καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ καταγνόσομεν, ἐν ᾧ καὶ πολλὴν μετάθεσιν καὶ ἀλλαγὴν τῆς λέξεως τῶν προφητευμένων ἐυρήσομεν. *Multa hujusmodi* (addita & detracta) *animadvertimus in Hieremiâ: in quo etiam magnam invenimus transpositionem & mutationem eorum quæ prædicuntur.* Qui tamen in Hexaplis suis & ipse quoque confusionem illam *ad pristinam fidem corrigere* necesse habuit, ut Græca Hebraicis è regione positis eodem ordine responderent. Unde & in editione obeliscis & asteriscis ab ipso distinctâ (quam ex Hexaplis desumptam fuisse ostendimus) idem qui apud Hebræos ordo capitulorum hîc est retentus: quod & in uno MS. ejusmodi notulis interstincto ipsi factum vidimus, & in eo cui commentarios suos Theodoretus adaptavit observatum fuisse notârunt alii.

Ex ineditis omnibus Græcorum Bibliorum exemplaribus celebratissimum est illud, quod ad regem nostrum Carolum dono misit Cyrillus Patriarcha Constantinopolitanus: notatione hâc appositâ. *Liber iste Scripturæ Sacræ Novi & Veteris Testamenti, prout ex traditione habemus, est scriptus manu Theclæ, nobilis fœminæ Ægyptiæ, ante mille & trecentos annos circiter, paulo post Concilium Nicænum. Nomen Theclæ in fine libri erat exa-*

exaratum: ſed extincto Chriſtianiſmo in Ægypto à Mahometanis, & libri unà Chriſtianorum in ſimilem ſunt reducti conditionem. Extinctum ergo & Theclæ nomen & lacteratum: ſed memoria & traditio recens obſervat.

Inter hoc & Vaticanum exemplar (majuſculis utramque literis exaratum) in libris Joſuæ, Judicum, Jobi (qui & hîc ex Theodotione eſt ſuppletus & tertio Regum libro, præcipua exiſtit differentia: eodem ordine iiſdémque trajectionibus utrobique ſervatis. Atque ut in Pſalterio codex Vaticanus à Pſalmo CV. ad CXXXVIII. ita & hîc, à Pſalm. XLIX. 20. ad LXXIX. 12. mutilus eſt. Neque verò aliud quid obſtare ego video, quo minùs in Alexandrino hoc codice, à Chriſtianis Ægyptiis in tanto honore habito, *Heſychianum* ab Ægyptiis olim in LXX. ſuis laudatam editionem, contineri exiſtimaretur, niſi quòd in Eſaiæ LVIII. 11. verba illa, *Et adhuc in te erit laus mea ſemper*, hîc deſiderentur; quæ in *Alexandrinis exemplaribus* ſuo tempore lecta fuiſſe confirmat Hieronymus.

Κοινὴν verò ſive *Communem* editionem, continebant exemplaria à Pamphilo & Euſebio evulgata: cujuſmodi in Jeremiæ (non Ezekielis, ut alii putârant) prophetiâ Rupefucaldianum codicem exhibuiſſe diximus. In eo, ex eâdem editione & Eſaias & XII. minores Prophetæ habentur: Eſaias quidem & Jeremias ſcholiis marginalibus amplioribus, minores verò rarioribus illuſtrati; in quibus & lectiones variantes & interpretationes differentes non ex Aquilâ ſolùm, Symmacho & Theodotione, ſed eâ etiam quæ pura editio LXX. habebatur, ſunt annotatæ. In Daniele enim Theodotionis editio, ſine ullis notulis aut ſcholiis hîc habetur: in Ezekiele, editio ex commmuni & Theodotione mixta; locis ſub aſteriſci ſigno ex illo ſuppletis, in ipſum contextum plerumque receptis, non, ut in aliis,

ad marginem tantùm appositis.

Ex hoc codice, priora quatuor Hoseæ capita, cum suis in eum Prophetam commentariis Johannes Phelippæus; integrum Esaiam, unâ cum Procopii Gazæi in eundem collectaneis, in lucem edidit Johannes Curterius. qui & hanc notationem Esaiæ in MS. illo codice, præfixam fuisse indicat. Μετελήφθη ὁ Ἡσαΐας ἀπὸ ἀντιγράφου τοῦ ἁββᾶ Ἀπολιναρίου τῆς κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καὶ ὑπόκεινται ταῦτα. Μετελήφθη ὁ Ἡσαΐας ἐκ τῆς κατὰ τὰς ἑκδόσεις ἑξαπλῶν. ἀντιβλήθη δὲ καὶ πρὸς ἕτερον ἑξαπλοῦν, ἔχον τὸν ὑπομνηματισμὸν ταυτόν. Διορθωτέα ἀκριβῶς πᾶσα αἱ ἐκδόσεις. ἀντιβλήθησαν γὰρ πρὸς τετραπλᾶν Ἡσαΐαν, ἀπὸ δὲ καὶ πρὸς ἑξαπλοῦν πρὸς τύπῳ, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἕως τοῦ ὁράματος Τύρου, ἀκριβέστερον διωρθώται. ἐπορεύσαντες γὰρ τῶν μέχρι τέλους τοῦ ὁράματος Τύρου τόμῳ ἐξηγητικῶν εἰς τὸν Ἡσαΐαν Ὠριγένους, καὶ ἀκριβῶς ἐπισκοπήσαντες τῇ ἐννοίᾳ καθ' ἓν ἑξηγήσατο ἑκάστου λέξιν, καθ' ὡς οἷόν τε ἦν, καὶ πᾶν ἀμφίβολον κατὰ τὴν ἐκείνου ἔννοιαν διωρθωσάμεθα. πρὸς τούτοις συνεξῆν ἡ τῶν ἑβδομήκοντα ἔκδοσις καὶ πρὸς τὰ ὑπὸ Εὐσεβίου εἰς Ἡσαΐαν εἰρημένα· καὶ ἐν οἷς διέφωνεν, τῇ ἐξηγήσεως τὴν ἔννοιαν ζητήσαντες, πρὸς αὐτὴν διορθώσαμεν. *Descriptus est Esaias ab exemplari patris Apolinarii cœnobiarchæ; in quo ad finem et hæc adjiciuntur. De sumptus est Esaias ex Hexaplis juxta editiones: collatus autem cum Hexaplo alio, in quo ista adnotantur. Accuratè editiones omnes correctæ sunt. Collatæ enim fuerunt cum Tetraplo Esaiâ, & cum Hexaplo. Adhæc, ab initio etiam, usque ad visionem Tyri, accuratiùs emendatus est. Usi enim sumus ad finem usque visionis, quæ de Tyro est, tomis Origenis, in quibus Esaiam explicat: & sedulò advertentes quo sensu singulas dictiones sumpsisset, quantum potuimus, omne dubium ex sensu ipsius correximus. Præterea collata est etiam quæ LXX. virorum est editio cum iis, quæ in Esaiam scripsit Eusebius; atque in quibus erat varietas, ex indagato explicationis sensu eam ipsi quoque correximus.* In scholiis illis, ad Esai. cap. XXI. ver. 13. annotatum habetur;

4.

φ. Δαυὶδ. & ad verſ. 15. φ. κατὰ τοῦ ι. & ad cap. XIV. verſ. 11. ὁ τῆ. κατὰ φ. οὗ. quæ quid ſibi velint, planè neſcio. In iiſdem quoque, ὁ τ. *Tres*, ut ab Aquilâ, Symmacho & Theodotione dverſi, ad cap. X. 20. XLII. 9. & LXVI. 8. notati reperiuntur: ſicut etiam, ad cap. IX. 15. & XXVI. 14. ὁ δ. *quatuor*; fortaſſe pro Δ *Triginta* poſiti. ſiquidem à Philaſtrio in Hæreſium Catalogo, *Triginta hominum, qui in multis Aquilam ſunt ſecuti*, ſicut & *Sex virorum*, editiones commemoratas invenimus.

Romæ quoque, in Cardinalis Barberini bibliothecâ, Prophetarum aliud exemplar extat, (primis tamen 26. Eſaiæ capitibus mutilatum) ſimilibus Scholiis marginalibus, ex Aquilâ, Symmacho, Theodotione, & Luciano (interdum etiam ex eâ quæ germana τῶν ὁ editio cenſebatur; itémque ex Syro & Hebræo, & in Hoſeâ ex *Quintâ* editione) deſumptis, exornatum. In eo, ad finem Prophetiæ Ἀμβακὺμ ſive Habakuk, iſta de Cantico ipſius, quod præceſſerat, adjecta cernitur admonitio: in Novi quoque Collegii apud Oxonienſes Manuſcripto reperta. Τῷ ᾠδῷ τῆ Ἀμβακὺμ οὐχ' ἕυρον συμφωνοῦσαν ὅτι τοῖς ὁ, ὅτι Ἀκύλᾳ, ὅτι Συμμάχῳ, ὅτι Θεοδοτίωνι. Ζητήσεις οὖν εἰ τῆς πέμπτης ἢ τῆς ἕκτης ἐκδόσεως ἐστίν. *Canticum Ambacum congruere non inveni, vel cum ipſis* LXX. *vel cum Aquilâ, vel cum Symmacho, vel cum Theodotione. Quærendum igitur, an non Quintæ vel Sextæ editionis illud fuerit.*

Hæc verò admonitio, ad eam quæ in vulgatis noſtris libris extat editionem non ſpectat; quam LXX. eſſe, ex Hieronymi commentariis conſtat: ſed ad illam quæ, ex vetuſtiſſimo libro majoribus literis exarato, à Romanis editoribus annotationibus ſuis eſt inſerta; & neque ex *quintâ* neque ex *ſextâ* editione eſt deſumpta,

ut

ut vel ex 13. versu perspicitur: ubi *Sextæ* editionis authorem (quem Christianum fuisse indè apparet) ità locum vertisse Hieronymus testatur, Ἐξῆλθες τῦ σῶσαι τὸν λαόν σου διὰ Ἰησῦν τὸν Χριστόν σου, *Egressus es ut salvares populum tuum per Jesum Christum tuum*; *Quintæ* verò ità, *Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo: denudâsti* (sive *evacuâsti*) *fundamentum usquo ad collum.* quum totus ille 13. versus in hâc editione ita sese habeat. Ἀπεφάνης ἐπ' σωτηρίᾳ τῦ λαῦ σου, ῥύσασθαι τὸς χριστύς σου ἕως ἀβύσσου τῆς θαλάσσης καταδύσεως. vel, ut plenius in Cardinalis codice legitur: Ἀπεφάνης ἐπ' σωτηρίᾳ τῦ λαῦ σου, ῥύσασθαι τὸς ἐκλεκτύς σου. κατατοξεύσας κεφαλὰς ἀνθρώπων ὑπερηφάνων. ἕως ἀβύσσου τῆς θαλάσσης καταδύσεται. *Apparuisti in salutem populi tui, ad liberandum electos* (vel *Christos*) *tuos. Sagittis confixisti capita hominum superborum: usque in abyssum maris demergentur.* Quærendum igitur, an non ex editionis Κοινῆς sive Communis exemplari alique ista accepta fuerint; quod ab editione LXX. longiusculè hîc discesserit.

Ad Communem verò illam editionem quod attinet, in quâ quæ à LXX. aberant, ex Theodotione ab Origene suppletam fuisse diximus: eam, *cum suis asteriscis & obelis suis prorsùs periisse*, non rectè sensit Martinius. Psalterii editio vulgata Latina, obelis & asteriscis distincta, cum Brunonis Herbipolensis episcopi commentariis, anno 1531. à Johanne Cochlæo in lucem est emissa. Liber Josuæ Græcè & Latinè, ejusmodi notis signatus, Andreæ Masii operâ prodiit: penès quem & reliquos veteris Testamenti libros historicos in versione Syriacâ similiter notatos extitisse diximus. Librum Jobi ex Græco ab Hieronymo Latinè, & libros Mosis ab alio aliquo Arabicè versos, eodem modo interstinctos, in publicâ Oxo-

onienſis academiæ bibliothecâ vidimus. Geneſeos quoque, Levitici, Numerorum, Deuteronomii, Joſuæ & Judicum fragmenta quædam Græca vetuſtiſſima, obelis & aſteriſcis ſignata, Claudius Sarravius in Parliamento Pariſienſi conſiliarius Regius; integram verò Eſaiæ & Jeremiæ prophetiam aſteriſcis inſignitam, communicavit nobis Patricius Junius, Regius nuper apud nos Bibliothecarus: quorum alterum per litteras tantùm nobis notum, alterum amicum intimum & integerrimum, morte nobis ereptum, luctu ſerio proſecuti ſumus.

Neque eſt quòd diffidamus in aliis Europæ bibliothecis libros quoque cæteros reperiri poſſe, aſteriſcis ſaltem ita illuſtratos, ut per eos ex Theodotione adjecta ſupplementa à reliquo Vulgatæ editionis textu diſcerni valeant. Obeli enim, ut in codice Rupefucaldiano, ita in aliis ferè Græcis MSS. ut honori τῶ LXX. conſuleretur, videntur prætermiſſi: quòd ea quæ in his ſuperflua erant tanquam veru jugulare putarentur & confodere. Sed iſtos reſtituendi, Græci textûs cum Hebræo collatione factâ, facilis eſt ratio: aſteriſci verò abſque librorum ſubſidio recuperari omnino non poſſunt.

Et Eſtheræ quidem duas in Arundellianæ bibliothecæ codice MS. editiones nacti ſumus; contractiorem unam, auctiorem & Origenicis aſteriſcis ſignatam aliam: in quarum tamen utrâque reperta ea ſunt omnia, quæ textui Hebraico à LXX addita fuiſſe Origenes, in epiſtolâ ad Julium Africanum, hiſce verbis ſignificaverat.

Ἐκ τῆς Ἑβδ. ὅτι ἢ τῶ Μαρδοχαίε ἐυχὴ, ὅτι ἢ τῆς Ἑβδ. ὀκτωκαιδέκατον δυνάμενα τὸν ἀντιγραφέντα, παρ' Ἑβραίοις οὐκ ἔχονται. ἀλλ' ὑπ' ἀστερίσκον, ὅτι ἢ τῶ Ἄμαν ὅτι πρωτεῖον τῶ τῶν Ἰουδαίων ὄνομα γεγραμμένον, ὅτι ἢ τῶ Μαρδοχαίε ὡς ἐπίπαν ἀγνοεῖται. Ἀριστοβ. ἐπὶ

ἀπολύσα τῦ θανάτυ τὸν ἔθνος. *Ex Eſtheræ hiſtoriâ; neque Mardochai preces, neque ipſius Eſtheræ, quæ ædificare legentem poſſunt, apud Hebræos feruntur: ſed neque epiſtolæ, vel Hamanis de gentis Judaorum interitu conſcripta, vel Mardochæi, nomine Artaxerxis, à morte gentem abſolvens.* Quæ *nec in Hebræo, nec apud ullum ferri interpretum* (a) Hieronymus quoque confirmat. Ut & ipſe Theodotion, qui non modò in Jobo & aliis libris, ſed etiam prolixa illa in Daniele Vulgatæ editionis additamenta retinenda cenſuerat, haſce lacinias conſultò neglexiſſe videatur; quaſi nihil aliud continentes, quàm *ea quæ ex tempore dici poterant & audiri*: (quemadmodum in Eſtheræ Præfatione idem loquitur Hieronymus:) *ſicut ſolitum eſt ſcholaribus diſciplinis ſumpto themate excogitare, quibus verbis uti potuit qui injuriam paſſus eſt, vel qui injuriam fecit.*

(a) Hieron. in Eſther.

Ambas autem haſce editiones conjunctim, ad finem hujus Tractatûs ſubjicere viſum fuit: in breviore quidem illâ lacunarum ſpatiis quæ in MS. cernebantur, ex codice Alexandrino ſuppletis, &, quò à cæteris diſtinguerentur, intra uncos [ ] incluſis; in Origenicâ verò alterâ, ad aſteriſcos ※ in libro repertos, ea quæ in Hebræo reperta à LXX. omiſſa fuerant deſignantes, additis & obelis ÷ ea quæ Hebraicæ veritati ſunt adjecta declarantibus; & utrobique notulâ ℰ (ut in Syriaco Maſii codice appoſitâ, loca obelorum & aſteriſcorum ſignificationem terminantia indicante.

Cæterùm textûs utriuſque diſſimilitudinem nemo hîc mirabitur, qui non ſolùm editionis illius quæ pro genuinâ habebatur à Κοινῇ ſive communi diſcrepantiam, ſed etiam ipſius Communis multiplicem faciem conſideraverit; quæ (*b*) *pro locis & temporibus & pro voluntate ſcriptorum veterum* variata (*c*) *in toto orbe diverſa*

(b) *Id. ep.* 135. *ad Sun. & Fretel.*

(c) *Id. Præfat. lib.* 16. *comment. Iſaiæ.*

verſa extitit. Quod, ut ex teſtimoniis à Clemente in epiſtolâ ad Corinthios & Juſtino in dialogo cum Tryphone ex Vetere teſtamento productis, & Cantico Habbakuk jam commemorato, ſatis eluceſcit; ita ex Alexandrini & Romani exemplaris in VI. & XVIII. libri Judicum capitulo collatione, quam ad hoc ipſum demonſtrandum Eſtheræ ſubnectendam curavimus, intuentium omnium oculis patebit.

CAP.

LIBRI
ESTHER

Editiones Græcæ duæ, ex Arundellianâ *Bibliothecâ productæ* : Alexandrini *quoque &* Romani *Exemplaris, in Cap. VI. & XVIII.* libri Judicum, *discrepante lectione adjectâ.*

LIBRI ESTHER

Editiones Græcæ duæ.

Editio Origenica.

CAPUT I.

÷ Ἔτους λυτάρχου βασιλεύοντος Ἀρταξέρξου τοῦ μεγάλου, τῆς μιᾶς τοῦ Νισὰν, ἐνύπνιον εἶδε Μαρδοχαῖος ὁ τοῦ Ἰαείρου, τοῦ Σεμεΐου, τοῦ Κισαίου, ὁ τῆς φυλῆς Βενιαμείν,

÷ Ἄνθρωπος Ἰουδαῖος, οἰκῶν ἐν Σούσοις τῇ πόλει, ἄνθρωπος μέγας, θεραπεύων ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως.

÷ Ἦν δὲ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἧς ᾐχμαλώτευσε Ναβυχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐξ Ἰερουσαλὴμ, μετὰ τοῦ Ἰεχονίου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας.

÷ Καὶ τοῦτο αὐτῷ τὸ ἐνύπνιον· καὶ ἰδοὺ φωναὶ καὶ θόρυβος, βρονταὶ καὶ σεισμὸς καὶ τάραχος ἐπὶ τῆς γῆς.

÷ Καὶ ἰδοὺ δύο δράκοντες μεγάλοι ἕτοιμοι, προσῆλθον ἀμφότεροι παλαίειν.

÷ Καὶ ἐγένετο ἀπὸ τῆς φωνῆς αὐτῶν μεγάλη, καὶ τῇ φωνῇ αὐτῶν ἡτοιμάσθη πᾶν ἔθνος εἰς πόλεμον, ὥστε πολεμῆσαι δικαίων ἔθνος.

Editio vetus altera.

CAPUT I.

Ἔτους λυτάρχου βασιλεύοντος Ἀσυήρου τοῦ μεγάλου, μιᾷ τοῦ μηνὸς Ἀδὰρ-νισὰν, ὅ ἐστι Δύσεος-ξανθικὸς, ἐνύπνιον εἶδε Μαρδοχαῖος ὁ τοῦ Ἰαΐρου, τοῦ Σεμεΐου, τοῦ Κισαίου, τῆς φυλῆς Βενιαμείν,

Ἄνθρωπος μέγας,

Τῆς αἰχμαλωσίας ἧς αἰχμαλώτευσε Ναβυχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος μετὰ Ἰεχονίου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας.

Καὶ τοῦτο ἦν αὐτῷ τὸ ἐνύπνιον· καὶ ἰδοὺ φωνὴ καὶ κραυγὴ θορύβου, βρονταὶ καὶ σεισμὸς καὶ τάραχος ἐπὶ τῆς γῆς.

Καὶ ἰδοὺ δύο δράκοντες, καὶ προσῆλθον ἀμφότεροι παλαίειν.

Καὶ ἐγένετο ἀπὸ τῆς φωνῆς αὐτῶν, καὶ ἑτοιμάσθη πάντα ἀπὸ τῆς φωνῆς τῆς κραυγῆς ταύτης, μαρτυρομένη πᾶσι τοῖς λαοῖς.

Editio Origenica.

÷ Καὶ ἰδοὺ ἡμέρα χειμασμῶ καὶ ÷ γνόφου, θλίψις καὶ κλαυθμὸς καὶ ÷ ἐρεχθὲ μέγας ἐπὶ ÷ γῆς.

÷ Καὶ ἐπεράχθη δίκαιον πᾶν ἔθνος, ÷ φοβούμενοι τὰ ἀδικήματα αὐτῶν καὶ ÷ μέλλοντες ἀπολίζειν, καὶ ἐβόησαν πρὸς ÷ τὸν Θεόν.

÷ Ἀπὸ δὲ ÷ βοῆς αὐτῶν ἐγένετο, ÷ ὡσανὰ ἀπὸ μικρᾶς πηγῆς, ποταμὸς μέγας, ὕδωρ πολύ.

÷ Φῶς καὶ ὁ ἥλιος ἀνέτειλε, καὶ οἱ ÷ ταπεινοὶ ὑψώθησαν, καὶ κατέφαγον ÷ τοὺς ἐνδόξους.

÷ Καὶ διεμερίσθη Μαρδοχαῖος ÷ ἐναντίον τοῦτο, καὶ τί ὁ ÷ Θεὸς βέλει ποιῆσαι, ἔγνω αὐτὸ ÷ ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ * ἤθελεν ἐπαγω- ÷ γαι αὐτὸ ἕως ÷ νυκτός. * χ. ἤθε-λεν.

÷ Καὶ ἡσύχασε Μαρδοχαῖος ἐν τῇ ÷ αὐλῇ μετὰ Γαββαθὰ καὶ Θαρρὰ, τῶν ÷ δύο εὐνούχων τοῦ βασιλέως τῶν ÷ φυλασσόντων τὴν πύλην.

÷ Ἤκουσε τὰ αὐτῶν τοὺς λογισμοὺς, ÷ καὶ τὰς μελέτας αὐτῶν ἐξηρεύνησε· ÷ καὶ ἔμαθεν, ὅτι ἐπεμέλοντο τὰς ÷ χεῖρας ἐπιβαλεῖν Ἀρταξέρξῃ τῷ ÷ βασιλεῖ, καὶ ὑπέδειξε τῷ βασιλεῖ ÷ ὑπὲρ αὐτῶν.

÷ Καὶ ἐξέτασεν ὁ βασιλεὺς τοὺς δύο ÷ εὐνούχους, καὶ εὗρε τοὺς λόγους Μαρ- ÷ δοχαίου, καὶ ὁμολογήσαντες * ἀπ- ÷ ήχθησαν. * Com-pla-cati-sunt.

÷ Καὶ ἔγραψεν ὁ βασιλεὺς τοὺς ÷ λόγους τούτους εἰς μνημόσυνον· καὶ ÷ Μαρδοχαῖος ἔγραψε περὶ τῶν λό- ÷ γων τούτων.

÷ Καὶ ἐπέταξεν ὁ βασιλεὺς Μαρ- ÷ δοχαίῳ διακονεῖν ἐν τῇ αὐλῇ, καὶ ÷ ἔδωκε Μαρδοχαίῳ δόματα περὶ ÷ τούτων.

÷ Καὶ ὢν Ἀμὰν Ἀμαδάθου Βου- ÷ γαῖος ἔνδοξος ἐνώπιον τοῦ βασι- ÷ λέως, καὶ ἐζήτει κακοποιῆσαι ÷ Μαρδοχαῖον καὶ ÷ λαὸν αὐτοῦ ὑπὲρ ÷ τῶν δύο εὐνούχων τοῦ βασιλέως.

Editio vetus altera.

Ἡμέρα σκότους καὶ γνόφου καὶ * τα- ραχῆς καὶ πολέμου. * γρ. τα-ραχή.

Καὶ ἡτοιμάσατο πᾶν ἔθνος πολε- μῆσαι. καὶ ἀπεβοήσαμεν πρὸς Κύ- ριον, ἀπὸ φωνῆς ÷ κραυγῆς αὐτῶν.

Καὶ ἐγένετο ὡς πηγῆς μικρᾶς ὕδωρ πολὺ, ποταμὸς μέγας φῶς.

Ἥλιος ἀνέτειλε, καὶ οἱ ποταμοὶ ὑψώθησαν, καὶ κατέπιον τοὺς ἐνδόξους.

Καὶ ἀνεκρίθη Μαρδοχαῖος ὧν τοῦ ὕπνου αὐτοῦ, ἐμεμίμνα τί τὸ ἐνύπνιον αὐτοῦ· [καὶ ὁ πατὴρ λόγῳ ἠθέλησεν αὐτὸ διηγῆσαι ἕως ÷ νυκτός.

Καὶ ἡσύχασε] Μαρδοχαῖος ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως μετὰ Ἀσάγε καὶ Θαδδαίου, τῶν δύο εὐνούχων τοῦ βασι- λέως.

Καὶ ἤκουσε τοὺς λόγους αὐτῶν καὶ τὰς διαβολὰς αὐτῶν, ὡς ἐξεκέντησαν τὸ ὀπτάδιον Ἀσυήρῳ, τοῦ ἀναλῶσαι αὐτόν. εὗ δὲ φρονήσας ὁ Μαρδοχαῖος, ἀπήγγειλε περὶ αὐτῶν.

Καὶ ἤτασεν ὁ βασιλεὺς τοὺς δύο εὐνούχους, καὶ εὗρε τοὺς λόγους Μαρ- δοχαίου· καὶ ὁμολογήσαντες οἱ εὐ- νοῦχοι ἀπήχθησαν.

Καὶ ἔγραψεν Ἀσυήρ ὁ βασιλεὺς περὶ τῶν λόγων τούτων· καὶ ἐγράφη Μαρ- δοχαῖος ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ βασιλέως, περὶ τῆς μνημοσύνης τῶν λόγων τούτων.

Καὶ ἐνετείλατο ὁ βασιλεὺς περὶ τοῦ Μαρδοχαίου διακρατεῖν αὐτὸν ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως, καὶ πᾶσαν θύραν ὀπτανεῖν περιῆν.

Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ περὶ τούτων, Ἀμὰν Ἀμαδάθου Μακηδὼν, καὶ * πρόσωπον τοῦ βασιλέως· καὶ ἐζήτει ὁ Ἀμὰν κακοποιῆσαι ÷ Μαρδοχαῖον καὶ πάντα ÷ λαὸν αὐτοῦ, ὑπὲρ τῶν * χ. κακοποιῆσαι.

1 Καὶ

Editio Origenica.

1 Καὶ ἐγένετο ÷ μὴ τοὺς λόγους τούτους ϵ ὸν ἡμέραις Ἀρταξέρξης οὗτος Ἀρταξέρξης ϗ ὁ βασιλεύων ϵ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς [ϗ] ἕως Αἰθιοπίας, ἑπτὰ καὶ πέντε καὶ ἑκατὸν χωρῶν ὑπερέσπισεν.

χ ὅτι. 2 Ἐν αὐταῖς ταῖς ἡμέραις, * ὅτε ἐνεθρονίσθη ὁ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης ϗ ἐπὶ θρόνου βασιλείας αὐτοῦ ὃς ἦν ϵ ἐν Σούσοις τῇ πόλει·

3 Ἐν ἔτει τείτῳ βασιλεύοντος αὐτοῦ, ἐποίησε δοχὴν πᾶσι τοῖς φίλοις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι, καὶ τοῖς Περσῶν καὶ Μήδων ἐνδόξοις, καὶ τοῖς ἄρχουσι τῆς σατραπῶν.

4 ÷ Καὶ μὴ ταῦτα, ϵ μὴ τὸ δεῖξαι αὐτοῖς † πλοῦτον ϗ † δόξης ϵ † βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τιμὴ δόξαν † ἐυφροσύνης τοῦ πλούτου αὐτοῦ, ϗ ἐπὶ ἡμέρας πολλὰς, ϵ ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν ἡμέρας.

5 Ὅτε [δὲ] ἀνεπληρώθησαν ἡμέραι ÷ τοῦ πότου ϵ αὐτοῦ, ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς ÷ πότον ϵ τοῖς ἔθνεσι τοῖς εὑρεθεῖσιν ἐν τῇ πόλει, ϗ ἀπὸ μεγάλου καὶ ἕως μικροῦ, ϵ πότον ἑπτὰ ἡμέρας, ἐν αὐλῇ οἴκου ϗ συμποσίου ϵ τοῦ βασιλέως,

* χ. καὶ κεκοσμημένην. * Al. κεκοσμημένοις. 6 ÷ * Κεκοσμημένην ϵ βυσσίνοις καὶ καρπασίνοις ϗ ὑακινθίνοις, ϵ * τεθραμμένοις ἐπὶ σχοινίοις βυσσίνοις καὶ πορφυροῖς, ἐπὶ κύβοις ÷ χρυσοῖς καὶ ϵ ἀργυροῖς, ἐπὶ σύλοις σαείνοις καὶ λιθίνοις· κλίναι χρυσαῖ καὶ ἀργυραῖ, ἐπὶ λιθοστρώτου σμαραγδίτου καὶ παρίνου καὶ πινίνου λίθου· ÷ καὶ * στρωμναὶ ὑπεστρωμέναι ποικίλως διηνθισμέναι· κύκλῳ ῥόδα πεπασμένα ϵ.

* χ. στρωμναῖς.

7 Ποτήρια χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ÷ καὶ ἀνθρακίνου κυλίκιον προκείμενον ἀπὸ ταλάντων σχοινισμείων· ϵ καὶ οἶνος πολὺς καὶ ἡδὺς, ὃν αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἔπινεν.

Editio vetus altera.

λελαληκέναι αὐτὸν τῷ βασιλεῖ περὶ τῆς ἐυπρεπείας, διότι ἀνῃρέθησαν.

1 Καὶ ἐγένετο μὴ τοὺς λόγους τούτους, ὅτε ἐμέρισε Ἀσυήρος τῷ βασιλέως τῷ μεγάλῳ ὑπερήφανος αὐτὸς ἀπὸ † Ἰνδικῆς ἕως † Αἰθιοπίας ἑκατὸν ἑπτὰ καὶ πέντε χώρας·

2 Ἐν τῷ καθῆσθαι Ἀσυήρον ἐπὶ τοῦ θρόνου † βασιλείας αὐτοῦ·

3 Καὶ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς πότον τοῖς ἄρχουσι τῆς αὐλῆς Περσῶν καὶ Μήδων· καὶ οἱ ἄρχοντες τῆς χώρας κατὰ πρόσωπον αὐτῶν·

4 Εἰς τὸ ἐπιδεῖξαι † πλοῦτον † δόξης τοῦ βασιλέως, καὶ τιμὴ πολὺ † καυχήσεως αὐτοῦ, ἐπὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν ἡμέρας·

5 Ἕως ἂν ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι ἃς ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς πᾶσι τοῖς εὑρεθεῖσιν ἐν Σούσοις τῇ πόλει, ἀπὸ μεγάλου ἕως μικροῦ, πότον ἐν ἡμέραις ἑπτὰ ἔνδον ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως, ἄγων τὰ σωτήρια αὐτοῦ.

6 Ἦν ἠξεστωμένα βύσσινα, καὶ καρπάσιμα, καὶ ὑακίνθινα, καὶ κόκκινα ἐμπεπλεγμένα ἐν ἄνθεσιν· καὶ σκηνὴ τεθραμμένη ἐν σχοινίοις βυσσίνοις καὶ πορφυροῖς, ἐπὶ κύβοις ἀργυροῖς, καὶ σύλοις σαείνοις καὶ στεμφυσοῖς· καὶ κλίναι χρυσαῖ ἐπὶ λιθόστρωτον σμαραγδῖτον καὶ κύκλῳ ῥόδα.

7 Καὶ ποτήρια χρυσᾶ ἕξαλλα, καὶ οἶνος βασιλικὸς ἐν ὃν ὁ βασιλεὺς πίνει.

Editio Origenica.

8 Ὁ δὲ πότος οὐ κατὰ προκείμενον νόμον ἐγένετο· οὕτως γὰρ ἠθέλησεν ὁ βασιλεύς, καὶ ἐπέταξε τοῖς οἰκονόμοις ποιῆσαι τὸ θέλημα τοῦ ἀνδρὸς καὶ μὴ ἀνθρώπων.

9 Καὶ Ὀυασθὴν ἡ βασίλισσα ἐποίησε πότον ταῖς γυναιξὶν ἐν τοῖς βασιλικοῖς αὐτῆς.

10 Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἡδέως γινόμενος ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ οἴνῳ, εἶπε τοῖς Μαυμὰν καὶ Ζαμαθὰ καὶ Ἀρβωνὰ καὶ Βαζαθὰ καὶ Ἀβαζαθὰ καὶ Ζαραθὴ καὶ Ἀχαρθὰς, τοῖς ἑπτὰ εὐνούχοις τοῖς διακόνοις πρὸ προσώπου τοῦ βασιλέως Ἀρταξέρξου,

11 Εἰσαγαγεῖν τὴν Ὀυασθὴν τῷ Ὀυασθὴν τὴν βασίλισσαν πρὸς αὐτὸν, τοῦ περιθεῖναι αὐτῇ τὸ διάδημα, καὶ καθίσαι βασιλεύουσαν αὐτὴν, καὶ δεῖξαι αὐτὴν τοῖς ἄρχουσι καὶ τοῖς ἔθνεσι, τὸ κάλλος αὐτῆς, ὅτι καλὴ λίαν.

12 Καὶ ὑπεκρίθησαν αὐτῶν Ὀυασθὴν ἡ βασίλισσα, ἐλθεῖν καὶ τὸ βῆμα τοῦ βασιλέως τὸ δεύτερον τοῦ εὐνούχου. καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεὺς καὶ σφόδρα καὶ ὠργίσθη, καὶ ὀργὴ ἐξεκαύθη ἐν αὐτῷ.

13 Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς τοῖς φίλοις αὐτοῦ, καὶ εἶδόσι τοὺς καιροὺς· οὕτω γὰρ ἐλάλησεν Ὀυασθὴ· ποιήσατε οὖν περὶ τούτου καὶ γινώσκοντες νόμον καὶ κρίσιν.

14 Καὶ προσῆλθον αὐτῷ Χαρσᾶν, Ἀσαθὰ, Ῥαμαθὰ, [Θαρσὶς,] Μαρὲς, Μαρσανὰ, Μαμυχαν, οἱ καὶ ἑπτὰ ἄρχοντες Περσῶν καὶ Μήδων, οἱ ἐγγὺς τοῦ βασιλέως, οἱ καθεζόμενοι πρῶτοι τοῦ βασιλέως·

15 Καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ τὰς νόμους, ὡς δεῖ ποιῆσαι τῇ βασιλίσσῃ Ὀυασθὴ, ὅτι οὐκ ἐποίησε τὰ προσταχθέντα ὑπὸ τοῦ βασιλέως διὰ τοῦ εὐνούχου.

Editio vetus altera.

8 Καὶ πότος κατὰ τὸ νόμον· οὕτως γὰρ ἐπέταξεν ὁ βασιλεὺς ποιῆσαι τὸ θέλημα ἀνδρῶν.

9 Καὶ Ὀυασθὴν ἡ βασίλισσα ἐποίησε δεῖπνον μεγάλῳ πάσαις ταῖς γυναιξὶν ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως.

10 Ἐγένετο δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἐν τῷ εὐφρανθῆναι τὴν βασίλισσα ἐν τῷ οἴνῳ, εἶπεν ὁ βασιλεὺς τοῖς παισὶν αὐτοῦ,

11 Ἀγαγεῖν Ὀυασθὴν τῷ βασίλισσαν εἰς τὸ συνεσκὸς συμπόσιον ἐν τῷ διαδήματι τὴν βασιλείας αὐτῆς, καὶ πρόσωπον τὸ σεμνὸν αὐτοῦ.

12 Καὶ οὐκ ἠθέλησεν Ὀυασθὴ ἡ βασίλισσα ποιῆσαι τὸ θέλημα τοῦ βασιλέως διὰ χειρὸς τοῦ εὐνούχου. ὡς δὲ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς ὅτι ὠκύρωσεν Ὀυασθὴ τῷ βιλεῖ αὐτοῦ, ἐλυπήθη σφόδρα, καὶ ὀργὴ ἐξεκαύθη ἐν αὐτῷ.

13 Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πᾶσι τοῖς σοφοῖς, τοῖς εἰδόσιν νόμον καὶ κρίσιν, τί ποιήσει τῇ βασιλίσσῃ, ἐπεὶ τοῦ μὴ θελῆσαι αὐτὴν ποιῆσαι τὸ θέλημα τοῦ βασιλέως.

14 Καὶ προσῆλθον πρὸς αὐτὸν οἱ ἄρχοντες Περσῶν καὶ Μήδων, καὶ οἱ ὁρῶντες τὸ πρόσωπον τοῦ βασιλέως.

16 Καὶ

* Al. ἵνα ὁ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης.

[] Inclusa deficiunt in MS.

Editio Origenica.

16 Καὶ εἶπεν ὁ Μαμυχαῖος πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἄρχοντας· Οὐ τὸν βασιλέα μόνον ἠδίκησεν Οὐασθὶ ὁ βασίλισσα, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς ἡγεμόνας καὶ ὅσοι ὁν πάσας χώρας ὁ τοῦ βασιλέως καὶ Ἀρταξέρξου.

17 Καὶ διηγήσατο αὐτοῖς τὰ ῥήματα τῆς βασιλίσσης, καὶ ὡς ἀνῆλθεν τῷ βασιλεῖ. ὡς οὖν ἀνῆλθεν καὶ ὁν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ὁν τῷ λέγειν αὐτὸς, ὁ τῷ βασιλεῖ Ἀρταξέρξῃ καὶ εἶπεν ἀναγεῖν τὴν Οὐασθὶ τὴν βασίλισσαν εἰς πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκ ἦλθεν.

18 Οὕτως σήμερον αἱ τυραννίδες αἱ λοιπαὶ τῶν ἀρχόντων Περσῶν καὶ Μήδων, αἵτινες ἀκούσασι τὰ ῥήματα αὐτῆς λαχθέντα τῷ βασιλεῖ, τολμήσουσιν ὁμοίως ἀπιμάσαι τὰς ἄνδρας αὐτῶν.

19 Εἰ οὖν τῷ βασιλεῖ δοκεῖ, προσταξάτω καὶ ῥῆμα ὁ βασιλικὸν καὶ ὃν προσώπου αὐτοῦ, ὁ καὶ χαρήτω τοὺς νόμους Περσῶν καὶ Μήδων, καὶ μὴ ἄλλως χρησάσθω, καὶ μὴ εἰσελθέτω ἔτι ἡ βασίλισσα πρὸς τὸν βασιλέα καὶ Ἀσυήρου ὁ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῆς δότω ὁ βασιλεὺς γυναικὶ κρείττονι αὐτῆς.

20 Καὶ ἀκουσθήτω ὁ λόγος ὁ ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ὃν ἐὰν ποιῇ ὁν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, καὶ ὅτι πολλή· ὁ καὶ οὕτως πᾶσαι αἱ γυναῖκες τιμήσουσι τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν, ἀπὸ πλουσίου ἕως πτωχοῦ.

21 Καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄρχουσι· καὶ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς καθὰ ἐλάλησεν ὁ Μαμυχαῖος.

22 Καὶ ἀπέστειλεν ÷ ὁ βασιλεὺς ὁ ὃν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ, κατὰ χώραν, κατὰ τὴν λέξιν αὐτῆς, καὶ κατὰ τὸ κράτος αὐτῆς, καὶ πρὸς λαὸν καὶ λαὸν

Editio vetus altera.

16 Καὶ παρεκάλεσεν αὐτὸν Βουγαῖος, λέγων· Οὐ τὸν βασιλέα μόνον ἠδίκησεν Οὐασθὶ ἡ βασίλισσα, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρχοντας Περσῶν καὶ Μήδων·

17 Καὶ εἰς πάντας τοὺς λαοὺς ἡ ἀδικία αὕτη ἐξῆλθεν, ὅτι ἠκύρωσε τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως.

19 Εἰ δοκεῖ οὖν τῷ κυρίῳ ἡμῶν καὶ ἀρεστὸν τῇ φρονήματι, γεγραφήτω εἰς πάσας τὰς χώρας καὶ πρὸς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ γνωσθήτω ἠθετικέναι τὸν λόγον τοῦ βασιλέως Οὐασθὶ ἡ ἡ βασιλεία δοθήτω ἄλλῃ κρείττονι αὐτῆς.

20 Καὶ φανήσεται ἀκουσθεῖσα ἡ φωνὴ τοῦ βασιλέως καὶ ποιήσει ἀγαθὸν πάσαις ταῖς βασιλείαις καὶ πάσαις ταῖς ἀποστάσαις [καὶ οὕτω πᾶσαι αἱ γυναῖκες τιμήσουσι τιμὴν τοῖς ἀνδράσιν ἑαυτῶν, ἀπὸ πλουσίου ἕως πτωχοῦ πλουσίου.

21 Καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄρχουσι· καὶ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς καθὰ ἐλάλησεν ὁ Μαμυχαῖος.

22 Καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς ὃν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ εἰς χώραν καὶ χώραν, κατὰ τὴν λέξιν αὐτῆς, ὥστε εἶ αὐτοῖς φύσαν ὁν ταῖς οἰκίαις αὐτῆς.]

κρά-

Βουγαῖος. *Iupr.* vers. 10.

Editio Origenica.

καὶ τὴν γλῶσσαν αὐτῆ. ℭ ὅτι ἦν φόβος αὐτοῖς ἐν ταῖς οἰκίαις αὐτῶν. ✠ καὶ λαλῶν καὶ τὴν γλῶσσαν τῆ λαοῦ αὐτῆ. ℭ

CAP. II.

1 Καὶ μετὰ τὰς λόγους τούτους ἐκόπασεν τῆ θυμῆ ὁ βασιλεὺς ✠ Ἀρταξέρξης, ℭ καὶ ὡς ἔπαυσεν ἐμνήσθη τῆς Οὐασθὶ, μνημονεύων εἶα ἐλάλησεν, καὶ ὡς κατέκεινεν αὐτόν.

2 Καὶ εἶπον οἱ διάκονοι τῆ βασιλέως, ✠ οἱ * λειτουργοῦντες αὐτῆ· ℭ Ζητηθήτω τῆ βασιλεῖ κοράσια ἄρθορα, καλὰ τῆ εἴδει.

3 Καὶ καταστήσει ὁ βασιλεὺς χωμάρχους ἐν πάσαις ταῖς χώραις τῆς βασιλείας αὐτῆ· καὶ ἐκλεξάτωσαν ✠ πάντα ℭ κοράσια παρθενικὰ καλὰ τῆ εἴδει εἰς Σῦσαν τὴν πόλιν, εἰς τὰ γυναικῶνα· [καὶ παραδοθήτωσαν ✠ τῆ Γωγαίῳ ℭ τῆ εὐνούχῳ τῆ βασιλέως, τῆ φυλακὶ τῶν γυναικῶν·] καὶ δοθήτω σμήγματα, καὶ τὰ λοιπὰ ἀκολουθα.

4 Καὶ ἡ γυνὴ ἣν ἐὰν ἀρέσῃ τῆ βασιλεῖ, βασιλεύσει ἀντὶ Οὐασθί. καὶ ἤρεσε τὸ πρᾶγμα τῆ βασιλεῖ, καὶ ἐποίησεν οὕτως.

5 Καὶ ἄνθρωπος Ἰουδαῖος ἦν ἐν Σούσοις τῆ πόλει, καὶ ὄνομα αὐτῆ Μαρδοχαῖος· οὗτος Ἰαείρου, τοῦ Σεμεΐου, τοῦ Κισαΐου, ἀπὸ φυλῆς Βενιαμείν·

6 Ὃς ἦν αἰχμαλωτος ἐξ Ἱερουσαλὴμ, ✠ μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν τὴν αἰχμαλωσθήσης μετὰ Ἰεχονίου τοῦ * al. ἦν. βασιλέως Ἰούδα, ℭ * ὃν ἠχμαλώτευσεν Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος.

7 Καὶ ἦν τούτῳ παῖς θρεπτὴ [✠ Ἀδασσά,] αὐτὴ Ἐσθὴρ, ℭ θυγάτηρ Ἀμιναδὰβ ἀδελφοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ✠ ὅτι οὐκ ἦν πατὴρ ℭ ✠ τῆ

Editio vetus altera.

CAP. II.

1 Ἑτοίμως κατὰ τὰ λόγους τούτου, καὶ οὕτως ἐπὶ τῆ μνημοσύνην τῆς Οὐασθὶν, καὶ ὧν ἐποίησιν Ἀσυήρῳ τῆ βασιλεῖ.

2 Καὶ εἶπον οἱ λειτουργοὶ τοῦ βασιλέως· Ζητήσαμεν παρθένους καλὰς τῆ εἴδει·

3 Καὶ δοθήτωσαν ὑπὸ χεῖρα Γωγαίῳ τοῦ εὐνούχου, τοῦ φύλακος τῶν γυναικῶν·

4 Καὶ ἡ παῖς ἣ ἐὰν ἀρέσῃ τῆ βασιλεῖ, καθαθήσεται ἀντὶ Οὐασθὶν. καὶ ἐποίησαν ἑτοίμως καλὰ ταῦτα.

5 Καὶ ἦν ἀνὴρ Ἰουδαῖος ἐν Σούσοις τῆ πόλει, ᾧ ὄνομα Μαρδοχαῖος υἱὸς Ἰαείρου, τοῦ Σεμεΐου, τοῦ Κισαΐου, φυλῆς Βενιαμείν.

jus generationis vel adjectio vel detractio non parùm variet Chronologiam quæ inter diluvium & Abraham à Mose describitur: quam quidem Chronologiam voluisse Mosem integrè, exactè ac perfectè tradere, illud est clarissimum indicium, quòd seriem generationum quæ fuerunt inter Diluvium & Abraham distinctè & accuratè percenset, & suo cuique generationi annos subtiliter computatos propriè assignet. Qui fit igitur credibile Mosen, generatione Cainan prætermissâ, vitiosam nobis Chronologiam aut voluisse tradere aut, cùm minimè vellet, inscienter tamen tradidisse? Equidem diu multúmque cogitans nullam rationem (quæ mihi animum expleret) reperire potui, cur Moses generationem Cainan, siquidem ea inter Arphaxad & Sale intercessit, præterire debuerit aut potuerit. Nam quod aiunt quidam, voluisse Mosen generationes quæ fuerunt ante & post Diluvium ad duas tantùm decades redigere: id nec probari ab istis potest, & leve ac futile est, nec tale ut propter id debuerit Moses Chronologiam (cujus exacta cognitio magni erat momenti) perturbare atque confundere. His adde, quòd saltem in libris Paralipomenôn, in quibus supplentur quæ alibi in sacris literis derelicta fuerant, unde nomen etiam illi habent, commemorata fuisset generatio hæc Cainan, siquidem in exordio prioris libri Paralipomenôn series generationum quæ fuerunt ante & post Diluvium similiter atque hic recensentur, nec ullum tamen verbum fit de generatione Cainan.

Huc accedit, quòd Cainanem istum nec Onkelosius Paraphrastes Chaldæus agnoscat, nec Flavius Josephus in 1. libro Originum cap. 7. neque Berosus Chaldæus, in sequente capite ab eodem citatus. μετὰ κατακλυσμὸν δεκάτῃ γενεᾷ, *post diluvium undecimâ generatione*, Abrahamum fuisse significans; uti & cum eo Eupolemus ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων, ab Alexandro Polyhistore (apud Eusebium libro 9. Præpara-

parationis Evangelicæ) productus. Quem denarium, secluso Cainane, generationum numerum, *Berosum & Eupolemum ab Hebræis, quià clade decem tribuum toto terrarum orbe sparsi fuerunt, haud dubiè didicisse*, (e) Salianus affirmat. Quibus tamen omnibus authoritas LXX. primùm Imterpretum deinde Lucæ evangelistæ, ab ipso Saliano & aliis hîc opponitur.

(e) *Salian. Prælat. in 3. tom. Annal.*

In vulgatâ enim editione Græcâ, quæ LXX. Interpretum nomen præfert, locus ille XI. capitis Geneseos ita legitur. Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ ἐκατὸν πεντηκονταπέντε ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν. Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ, μετὰ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Καϊνᾶν, ἔτη τετρακόσια, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε. Καὶ ἔζησε Καϊνᾶν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Σαλά. Καὶ ἔζησε Καϊνᾶν, μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Σαλὰ, ἔτη πεντακόσια καὶ πεντήκοντα, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε. *Et vixit Arphaxad 135. annos, & genuit Cainan. Et vixit Arphaxad, postquàm genuit Cainan, annos 400. & genuit filios & filias, & mortuus est. Et vixit Cainan 130. annos, & genuit Sala. Et vixit Cainan, postquam genuit Sala, annos 330. & genuit filios & filias, & mortuus est.* licèt in annis Arphaxadi post genitum Cainanem, pro 400. quos ex Græcâ editione Romanâ posuimus, Latini Flaminia Nobilii versio habeat 300. Aldina & Germanicæ editiones cum omnium antiquissimo exemplari Cottoniano, Syro meo Chronographo & Fastis Siculis, 330. Georgius Syncellus 355. Arabicus meus Geneseos interpres 363. Complutensis, cum Alexandrino quem in Angliâ habemus codice, 430. Tanta Græcæ lectionis hîc est inconstantia. Sed & in annis qui Cainani tribuuntur post natum Salam, licèt in nonnullis exemplaribus 330. legi notet (f) Georgius Syncellus, ipse tamen ea sequitur quæ 430. legunt: quod & à Syro meo Chronographo (cui Georgio quoque nomen fuit) est factum. nam Ara-

(f) *Georg. Syncell. Chronn. pag. 115.*

bicus meus Geneseos interpres hîc etiam (ut in Arphaxado & Salâ) 363. habet.

Ad argumentum hinc deductum jam respondendum est: quod est hujusmodi. Si in LXX. Interpretum editione Cainan inter Arphaxadum & Salam reperiatur interpositus; repudiari ille omnino non debet. Sed verum est antecedens. Ergo & consequens.

Propositionem istam connexam nos simpliciter negamus. Fruſtrà enim Salianus nobis hîc occinit, (g) *potuisse illos Septuaginta viros, qui non meros agebant interpretes sed prophetas, quique Spiritum illum Scripturarum authorem inhabitantem habebant, ut plerique sanctorum Patrum scripto prodiderunt, non solùm ea in Græcum sermonem convertere quæ in Mose reperissent, sed supplere etiam quæ ab illo justâ quidem, parùm tamen nobis exploratâ ratione fuissent prætermissa: nec magis dubitandum esse eos Cainan in vertendo Mose supplere potuisse, quàm Spiritum ipsum sanctum, qui per eorum ora loquebatur.* Qui si attentiùs considerâsset, divinâ Græcæ illius editionis authoritate semel admissâ, (h) vulgatam editionem Latinam à Concilio Tridentino authenticam declaratam totam esse corruptam cogi suos fateri: cum socio suo Bellarmino pronunciaturus potùs fuisset, Patres illos qui scripserunt LXX. Seniores dictante Spiritu sancto feciſse quod fecerant, *piè quæsivisse rationes excusandi & defendendi eam Versionem, quâ tunc Ecclesia utebatur.* & cum Martino Martini Hispano Theologo. (i) *Hieronymus in Prophetis crebrò illorum* (LXX.) *negligentiam carpit, interdum affirmans literarum similitudine fuisse deceptos, interdum non satis intellexisse quod transferebant. Deniq; nullibi non adimit iis Spiritum sanctum; nec immeritò profectò. Quare, si me judice translatio Græca cum nostrâ* (vulgatâ Latinâ) *de primatu contenderet; non dubitarem primas nostræ translationi deferre,*

(g) Salian. ut supr.

(h) Bellarmin. de verbo Dei, lib. 2. cap. 6.

(i) Martin. Hypotyposeon Theologicar. lib. 1. cap. 4.

ferre, & fateri longo intervallo illam à nostrâ fuisse superatam. Nec adduci possum ut credam ullum tam stupidum, dummodo illas inter se & cum Hebraico contulerit, qui de hâc re dubitare possit & nobis refragari.

Atque in his etiam insititii Cainanis patronis verum esse illud deprehenditur, quod à (k) Bedâ olim est observatum: *hos qui* LXX. *magnis diviníque laudibus ad cœlos tollunt*, breviorem tamen annorum Mundi summam in textu Hebraico & editione vulgatâ Latinâ traditam sequi non dnbitare. quod & à Dionysio Petavio sic illis videmus esse objectum. *Illi ipsi, sicubi commodum est, Septuaginta suos facessere jubent, aut eorum codices depravatos esse defendunt. In duplici genealogiarum ordine, quem ab Adam ad Diluvium, & à Diluvio ad Abrahamum Moyses perduxit, scimus quàm diversi sint Græcorum calculi ab Hebraicis & nostris. Neque verò recens est discrimen istud, sed ab antiquissimis notatum Scriptoribus; ut proinde mendi non nisi levis possit esse suspicio. Hîc illi, qui Græcos Interpretes tanti faciunt, & Prophetas appellant, ab eorum rationibus discedunt nihilominus, eásque falsas & conturbatas esse non dubitant. Quare cur non idem & in Cainani nomine usurpare nobis liceat, & Græcis illis codicibus Hebræorum, ac vulgatæ nostræ editionis authoritatem præferre?* Ita Petavius, libro 9. de Doctrinâ Temporum, capite 17.

(k) *Bed. in Præfat. lib. de ratione Tempor.*

Quin & in Cainanis ipsius temporibus consignandis, LXX. suos deserere isti deprehenduntur. Cùm enim Marianus Scotus, qui omnium primus, Hebræorum in cæteris retento calculo, Cainani in Mundi Chronologiâ contexendâ locum dedit, editionem Græcam simpliciter secutus, Arphaxado ante genitum Cainanem 135. Cainani ante genitum Salam 130. annos tribuisset: 200. totos eo ex numero annos subducendos novi nostri censuerunt

temporum arbitri; Bellarminus, Gordonus, Torniellus, Salianus, Samerius, Harvillæus, Henricus Philippi, & alii. cum Pererio scilicèt statuentes, (*l*) *additionem illam centum annorum ad annos quos habent Hebræi & Latini codices, mendosam esse nec à* LXX. *Interpretibus profectam, sed vitiosè in translationem eorum aliunde infusam.* Atqui centum annorum illa additio in omnibus constanter non est observata: ut in Jaredo, Mathusalâ, Lamecho, & Nachore videre licet. (Complutensis enim, & eam hîc secuta Romana editio, quæ Nachori ante genitum Tharam 179. annos pro 79. adscribit, planè vitiosa est.) Deinde & minoris numeri in annis Cainanis inconstans reperitur lectio. Jornandes enim in libro de regnorum successionibus, & Georgius Syrus in Chronologicis suis tabulis, Cainani ante natum Salam annos 135. tribuunt. Et licèt vulgatum 130. annorum numerum Georgius Syncellus præferat; in aliis tamen codicibus 139. fuisse lectum simul agnoscit; ita hâc de re scribens. (*m*) Ἡ δὲ τῆς Γενέσεως πρώτη Μωϋσέως βίβλος τῷ μὲν ἔτει αὐτὸν φησὶ τὸν αὐτὸν Καϊνὰν γεγεννηκέναι τὸν Σάλα ἐν τοῖς ἀκριβωμένοις ἀντιγράφοις, ὡς ἡμεῖς ἐστοιχειώσαμεν. ἔν τισι γὰρ τῷ ρλθ' φέρεται αὐτῷ Καϊνάν. *Primus autem Geneseos à Mose conscriptus liber, in accuratioribus exemplaribus Cainanem ætatis anno* 130. *Salam genuisse refert, quemadmodum & nos supputavimus. In quibusdam enim, anno* 139. *Cainanis natus ille fuisse fertur.* Quam posteriorem lectionem authores Constantinopolitani Computi, à Græcis & Moscovitis hodie recepti, qui ad annum Mundi 5509. Christi natalem retulerunt, secutos fuisse confirmat (*n*) Scalliger. Ut nullo certo argumento constare nobis possit, utrum ad Chronologiam Mundi constituendam assumendus hîc à nobis fuerit annorum 30, 35. aut 39. vel etiam 130, 135, aut 139. numerus. Cùm enim centeniariorum anno-

(l) *Perer. lib. 16 in Genes. cap. 11. sect. 183.*

(m) *Georg. Syncell. Chronic. pag. 168.*

(n) *Scalig. Canon. Isagogic. lib. 3. part. 2. cap. 2. epoch. 2.*

annorum illa additio non in nostris solùm sed in antiquissimorum etiam Christianorum Patrum codicibus, iisque etiam qui ante Christi tempora sunt exarati, (ut ex Demetrii Chronologiâ postea ostendetur) locum obtinuerit: cur eam magis, quàm hanc de Cainane totam laciniam, *vitiosè in translationem* τῶν LXX. *aliunde infusam* fuisse dicamus, nullam possumus rationem reddere idoneam.

At negat (o) Salianus *fuisse quempiam aliquando mortalium tam effuse temerarium, aut audaciæ tam projectæ, qui non unam aliquam commutare vocem in sacrosanctis codicibus, sed integram hoc loco periodum inserere atque infercire ausus fuerit.* multúmque hîc ille rhetoricatur: pluribus ea urgens, quæ à socio ipsius (p) Henrico Philippi hisce interrogatiunculis sunt comprehensa. *Quæ vel* LXX. *Interpretum vel aliorum audacia tanta esse potuit, quæ non modò nomen Cainan, sed & annos, quos ante quos post genitum filium vixisse memoratur, in sacrum textum intruderet; si Cainan nunquam extitit? Quæ malitia, quæ spes utilitatis, aut* LXX. *Seniores, aut eorum amanuenses potuit ad hoc mendacium impellere, tam disertis verbis, toties nomine repetito, tam accuratis annorum numeris concinandum?* Sed quid verba audiam, cùm facta videam? & tot aliarum periodorum & capitulorum aliquando pluribus periodis constantium tum additiones tum detractiones in Græcâ istâ editione alibi occurrant, quarum causa nulla reddi potest, præter merum ipsius scriptoris arbitrium. Cùm prætermissorum tantum esse numerum confirmet (q) Hieronymus, ut *si ea vellet cuncta digerere non libro sed libris opus futurum* dicat. atque additamenta, vel in uno Estheræ volumine, tanta & talia ab Origene (in epistolâ ad Julium Africanum) sint notata; ut propter ea (r) *liber hic, quamvis Hebraicus &*

(o) Salian. Præfat. in 3. tom. Annal.

(p) Henr. Philip. quæst. Chronologic. 1. in Genes. cap. 11.

(q) Hieronym. lib. 3. Comment. in Jerem. cap. 17.

(r) Sixt. Senen. Bibliothec. sanct. lib. 1. sect. 2.

Hebræis receptus, serò admodùm apud Christianos Canonicam authoritatem receperit.

Ad Assumptionem jam veniendum est; & videndum, an in germanâ LXX. Interpretum editione Cainan inter Arphaxadum & Salam fuerit interpositus. Ubi primitiva primùm Mosaicæ Pentateuchi versio, quæ Hebraico textui exactissimè respondebat, (ut in nostro de LXX. Interpretum editione Syntagmate est ostensum) & consequenter Cainanem istum insititium (neq; ab Hebræis neque ab eorum sequace Beroso Chaldeo illis temporibus agnitum) habere non poterat, à liberiore illâ totius Veteris instrumenti interpretatione est secernenda, quæ post 4. Ptolemæi Philometoris annum (ut ex fine libri Estheræ liquet) concinnata, procedente tempore LXX. Seniorum locum & nomen obtinuit. De posteriore deinde illâ ex (s) Hieronymo, est sciendum: *aliam esse editionem, quam Origenes, & Cæsariensis Eusebius, omnésque Græciæ tractatores* Κοινὴν, *id est, Communem appellant atque Vulgatam, & plerisque* Λουκιανὴν (vel Λουκιανὴν) *dicebatur; aliam* LXX. *interpretum, quæ in* ἑξαπλοῖς *codicibus repericbatur.* et quidem Κοινὴν *istam, hoc est, Communem editionem, ipsam esse quæ &* LXX. *sed hoc interesse inter utramque: quòd* Κοινὴ *pro locis & temporibus, & pro voluntate scriptorum veterum corrupta editio est; ea autem quæ habebatur in* ἑξαπλοῖς, *ipsam esse quæ in eruditorum libris incorrupta & immaculata* LXX. *Interpretum translatio reservari* credebatur. In communi illâ, tum vetere quæ annte Origenis tempora erat in usu tum novâ à Luciano martyre interpolatâ, Cainanem interjectum fuisse agnoscimus; eo quo suprà ex vulgatis libris proposuimus modo. In alterâ verò, quæ incorrupta & immaculata LXX. editio à doctis censebatur, quámque in Alexandrinâ Cleopatræ bibliothecâ repositam & in Ægypto, Palæstinâ & Syriâ tum receptam

(s) Hieron. epist. 135. ad Sun. & Fretel.

Hexa-

Hexaplis suis Origenes inserendam curavit, Cainanem locum habuisse negamus; atque ita textum Mosaicum repræsentatum fuisse defendimus.

Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ ἐκατὸν τριακονταπέντε ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Σαλά· Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ, μετὰ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Σαλὰ, ἔτη τετρακόσια καὶ τεσσαράκοντα (al. τετρακόσια,) καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε. *Et vixit Arphaxad 135. annos & genuit Sala. Et vixit Arphaxad, postquàm genuit Sala, annos* 403. (al. 303.) *& genuit filios & filias, & mortuus est.*

In Communi editione τῶν LXX. Origenes *Theodotionis editionem miscuit, asteriscis designans quæ minùs fuerant, & virgulis quæ ex superfluo videbantur apposita:* ut in epistolâ 107. ad Chromatium habet Hieronymus: ubi & codices istos ab Origene elaboratos Palæstinis suis Eusebium & sodalem ejus Pamphilum tradidisse significat. Hîc verò Origenes ea quæ ad Cainanem spectant uti invenit, ita & reliquit; sed virgulâ sive obeliſco prænotata: quod ex illis Procopii Gazæi in Genes. cap. 11. intelligimus. *Hebraica veritas habet Selam genitum esse ab Arphaxad. Quæ deinde in medio ponuntur obeliſco signata visuntur.* Ipse verò Eusebius, in priore Chronici sui libro annos Patrum (*t*) ex triplici textu, Hebræo, Græco & Samaritano, recensens, in nullo eorum Cainanem posuit; sed in eo etiam qui est κατὰ τοὺ ὁ. ἑρμηνείαν (*juxta* LXX. *interpretationem*) Arphaxadum, annos 135. natum, genuisse Salam commemorat. Quod magnoperè se mirari Georgius Syncellus dicit: *lectos per omnes Christi Ecclesias sacros Geneseos libros* Cainanem habere affimans; & ob illum prætermissum, tum Eusebium tum alium quendam ætate suâ vetustiorem erroris coarguens. Ignorabat enim ille, quod Eusebio probè erat cognitum, discrimen inter Communem & sinceriorem illam τῶν LXX. editionem quæ in Hexaplis fuerat: ex quibus, in Cæsarien-

(*t*) *Georg. Syncell. pag.* 86. & 169.

si

ensi Bibliothecâ à Panphilo suo repositis, illam annorum Mundi seriem seligendam putavit quam germanæ LXX. Interpretum sententiæ magis congruentem esse judicavit.

Neque alicujus est momenti quod ab Henrico Philippæo opponitur. Eusebium quidem *aliquando dissimulare Cainan*: sed quum eum *alibi exprimat*, *negâsse non esse censendum*. Fefellit enim hîc eum socius ipsius Jacobus Salianus: qui in tertii Annalis Proœmio, hoc ex Latinâ Eusebii Chronici versione, in præfatione cujus est initium, *Incipiunt tempora*, confirmat; atque locis aliquot pro Cainane facientibus ex putido illo Excerptorum Barbarolatinorum libello, à Scaligero edito, descriptis, ex illis videre nos posse concludit, *pro quâ sententiâ Eusebius stare censendus sit*. quasi qui aliquid omninò videt, Excerpta illa non ex Eusebio solo, sed ex aliis etiam ab Eusebii chronographiâ summè dissentientibus, desumpta fuisse ignorare potuerit: & alteram illam præfationem (ut eam Saliano appellare libuit) *aut alius auctoris esse, aut pauca Eusebiana intermixta* habere, ipse (*u*) Scaliger non monuerit; & illud ad præsentem causam attinere satis non evicerit, quòd in eâ *ab anno Diluvii usque ad nativitatem Abrahæ anni* 1072. numerentur. quum Eusebius, (*x*) tam juxta Septuaginta interpretationem (κατὰ τὴν ἑβδομήκοντα) quàm juxta textum Samaritanum, à Diluvio usque ad primum annum Abrahæ annos 942. supputaverit. Cúmque in omnibus suis epilogismis hunc numerandi modum Eusebius constanter retineat, & per eum Cainanis annos à suâ Chronologiâ penitùs excludat, atque ob hoc ipsum non à Georgio Syncello sed etiam ab illo longè antiquioribus Chronographis Alexandrinis, (*y*) Aniano & Panodoro, (*z*) reprehensum eum fuisse constet: temeritatis certè notam illi

(u) Scalig. Animadversion. Eusebian. pag. 10. a.

(x) Georg. Syncell. Chronic. pag. 86, 87. & 88.

(y) Ibid. pag. 35 36.

illi effugere non possunt, qui vel Eusebium Cainanem agnovisse affirmaverint vel ab editione τῶν LXX. quam ille sequendam proposuerat Cainanis generationem abfuisse negaverint.

Sed & ante Eusebium Origenis æqualis Julius Africanus, cui ad Bibliothecam Alexandrinam (in quâ authenticum erat editionis illius, quæ tum germanam LXX. Seniorum interpretationem continere credebatur, exemplar) continuus patebat accessus, prætermisso Cainane, (z) Arphaxadum annos 135. natum genuisse Salam, & ab Adamo usque ad mortem Phalec annos 3000. fluxisse memorat. A Mundi enim initio annos 2262. usque ad nativitatem Arphaxad (neglecto, ut alibi est dictum, biennio post Diluvium) ille numerat. Quibus additi anni 130. Salæ ante natum Eberum, & Eberi 134. ante natum Phalegum, cum integræ vitæ Phalegi anni, 339. (tot enim in Græcis codicibus illi tributos invenimus) simul annos 3000. conficiunt. (a) Καὶ ὁ ὑπονοούμενος τῶν ἐτῶν τῆς τοῦ κόσμου διαμονῆς εἰς δύο διηρῆθη ἡμίσεια. τρισχίλια γὰρ ὅτε τὸν γεννήσει αὐτὸν τῆς τοῦ κόσμου ὑπάρξεως ἔτη ἐπεφοίτα. *Et qui Mundi durationis annorum numerus esse existimatur, hinc in duas partes æquales est divisus. Ex quo enim ille est natus, anni Mundi conditi ter mille elapsi sunt:* ut apud Eustathium patriarcham Antiochenum legitur; γενέσει procul dubio pro τελευτῇ. *nativitate* pro *morte*, librarii vitio, substitutâ: sicut sequentia illa clarè ostendunt. Γίνεται οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ ὅτε τὸν τελευτῶντα Φαλὲκ ἔτη τρισχίλια. *Ab Adam itaque usque ad mortem Phalec anni ter mille numerantur.* Quæ etiam annorum Mundi medietas ab Hesychio in Christi natalem (apud Anastas. Nicæn. in Scriptur. quæstion. 93.) Suidâ in φαλὲκ, Johanne Malelâ Antiocheno & Georgio Cedreno in Chronicis suis est constituta. loco Genes. X. 15. & I Chronic. I. 19. ita accepto ac si diebus Pha-

z *Ibid. pag.* 86

a *Eustath. in Hexaëmeron, pag.* 55.

legi in duas æquales partes dividenda fuissent Mundi tempora. Ejusmodi enim divisionem Hebraico nomine *Phaleg* significatam putabant; (ficut Danielis VII. 25. in originali Chaldaico פלג עדן *dimidium temporis*; & IX. 27. in Syriacâ interpretatione פלגות שבועא *dimidiatam* vel mediam *Septimanam* denotat:) & 6000. annis integrum præsentis seculi spatium definiebant: quæ recepta fuerat apud Hebræos, Græcos & Latinos opinio; ut in Barnabæ tributâ epistolâ, dicto illo domus Eliæ apud Talmudicos celebri, Cabbalistico authore libri טורים in primum Geneseos versiculum, Lactantio lib. 7. cap. 14. Tichonio in Regulâ 5. & aliis videre licet.

Sed & Julio Africano author antiquior Theophilus Antiochenus, in libro. 3 ad Autolycum temporum epilogismum juxta LXX. instituens, omisso Cainane Arphaxadum Salæ patrem facit. Imò & ipsorum Apostolorum temporibus Dositheus, in textu quem interpolatum Samaritanis suis dedit Hebraico, Patrum post diluvium annis ante παιδογονίαν ex LXX. editione desumptis, Cainanem cum suis annis prorsus prætermisit: (*b*) numeratis hoc modo à Diluvio usque ad primum Abrahami (vel 70. Tharæ potiùs) annis 942. ὅπερ ἐστὶν ὧν καὶ κατὰ τοὺς ὁ. *quot erant & juxta* LXX. ut ex Eusebio refert Georgius Syncellus. Qui numerorum in Eusebianis & nostris Samaritanis exemplaribus consensus inprimis est observandus: ne quis Grotianum illud commentum in errorem inducat, (*c*) quòd *Samaritani quos nunc habemus codices facti fuerint ad Græca exemplaria, ex quo Samaritani ab Justiniano coacti sunt suscipere Christianismum.*

b *Georg. Syncel. Chronic. pag.* 88

c *H. Grot. annotat. in Levit.* XVII. 4

Addi his poterant, præter Eusebii sequaces, etiam Josephus in Hypomnestico suo adhuc inedito, & Quintus Julius Hilarion in libello de Mundi duratione, anno

æræ

æræ Christianæ 397. conscripto: qui, annorum calculo juxta LXX. institutо, Cainanis tempora præterierunt. Ab argumento enim à LXX. ad gravius illud alterum, à Lucæ evangelistæ authoritate deductum, libet jam accedere: quod ita sese habet. Si B. Lucas Spiritûs Sancti amanuensis, in Christi genealogiâ Cainanem inter Salam & Arphaxadum interponendum esse censuit; eâ de re dubitandi nullus ampliùs relinquitur locus. At verum est prius: ut ex Luc. III. 35, 36. liquet. Ergo & posterius. Ubi ad hypotheticam illam propositionem distinguendo primùm respondetur: si quidem ex propriâ sententiâ hîc locutus Evangelista fuerit, veram eam esse; sin ex aliorum, non item. non magis certè, quam Melchisedecum reipsâ *sine patre, sine matre, sine genealogiâ, neq; initium dierum neque finem vitæ habuisse*, oportere credi; quia ex vulgò receptâ sententiâ id Apostolus pronunciaverit. [*Hebr.* VII. 3.] *Consuetudinis* enim *Scripturarum est, ut opinionem multorum sic narret historicus, quomodo illo tempore ab omnibus credebatur. Sicut Joseph ab ipsâ quoque* *Mariâ *appellabatur pater Jesu; ita & Herodes dicitur contristatus, quia hoc discumbentes putabant:* inquit Hieronymus, Comentar. in Matthæi cap. XIV. 9. & in Jeremiæ cap. XXVIII. 10. *Septuaginta prophetam non dixêre Ananiam: ne scilicèt prophetam viderentur dicere, qui propheta non erat. Quasi non multa in Scripturis sanctis dicantur juxta opinionem illius temporis quo gesta referuntur, & non juxta quod rei veritas continebat.* atque in libro 2. adversùs Helvidium: *Evangelistæ opinionem vulgi exprimentes, quæ vera historiæ lex est, patrem dixerunt Joseph Salvatoris.* *Luc. 2. 48.

Ita igitur evangelista Lucas, patres Salvatoris omnes, tam vulgò ita habitos quàm veros, recensendos sibi proponens, genealogiam ipsius ita exorsus, ὢν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς

υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ Ἡλὶ, τοῦ Ματθὰτ, *existens, ut putabatur, filius Joseph*, filius *Eli*, (patris Mariæ Deiparæ) filius *Matthan*, (nominativo illo υἱὸς in sequentibus omnibus ἀπὸ κοινοῦ repetito:) in progressu quoque ejusdem inter Christi patres & *Cainanem* nominare poterat; non quòd talis reverâ ipse esset, sed quòd à Judæis Helleniſtis & Christianis non aliâ quàm Græcâ testamenti veteris interpretatione usis, (quorum maximus erat numerus) inter Abrahami majores numeraretur. Etsi enim in eâ editione, quæ Alexandriæ in Cleopatrinâ bibliothecâ reposita, pro genuinâ LXX. Seniorum postea est habita, Cainanis istius nullam extitisse mentionem ostensum fuerit: in Κοινῇ tamen sive Vulgatâ, quæ in communiori usu fuerat, Cainanem locum etiam ante Christi tempora obtinuisse, Demetrii in libro de his qui in Judæâ regnaverunt Chronologia, apud Eusebium (in Evangelicæ Præparationis libro 9.) ab Alexandro Polyhistore proposita, demonstrat. Ea enim, usque ad Jacobi & filiorum descensum in Ægyptum, ab Adamo annos 3624. à Diluvio 1360. (vel potiùs 1362.) ab Abrahami ex Charane in Chananæam adventu 215. dinumerans, 130. annorum Cainanis interpositionem necessariò requirit. Quod si à Grotio fuisset animadversum, in eam opinionem nunquam concessisset; in Luc. III. 36. primùm *Cainanis* nomen errore quodam fuisse repositum: *deinde cùm latè spargi ea lectio per Lucæ exemplaria cœpisset, Græcos Christianos etiam in versione Geneseos secundùm Septuaginta, inter Arphaxadum & Salam interposuisse nomen Cainanis, annis etiam additis, quò magis Lucæ, quem sic scripsisse arbitrabantur, sua auctoritas constaret.*

Longè igitur probabilior (ut ad Assumptionis examen jam veniamus) altera est sententia, *Cainanis* nomen ex Κοινῇ sive vulgatâ Geneseos editione, ut in primum

mum libri prioris Paralipomenôn capitulum, (ubi neque in Græco codice Vaticano, neque in Bibliorum Jayanorum versione Arabicâ, neque in Ruthenicâ sive Illyricâ translatione vetere, adhuc insertum illud reperitur) ita in Christi apud Lucam genealogiam fuisse transfusum. De eo, in 2 Chronicorum suorum libro, Christianus Massæus. *Inprimis dubium videri potest, utrum beatus Lucas ita scripserit. Quis enim audeat asseverare, quod probari non potest? Quis autem non videat potuisse contingere, ut non ab ipso, sed ab aliis Græcis post mortem ejus insertum sit, si viderint Evangelium à suis Bibliis discrepare, (quod fieri non debuisse constabat:) in eo maximè loco ubi generationum series scribebatur; ubi facillimè putari potuisset; non voluntatem sed inadvertentiam affuisse Scriptoris?* &, in Commentariis ad 11. cap. Geneseos Benedictus Pererius. (d) *Ex his rectè concluditur generationem Cainan non fuisse in omnibus libris Septuaginta Interpretum. Unde probabiliter etiam conjicitur eam non fuisse traditam à Septuaginta Interpretibus: atque eos libros qui eâ generatione carebant, ut qui cum Hebræis codicibus congruerent, veros & integros esse judicandos; eos autem qui generationem Cainan habebant, ut corruptos atque mendosos esse abjudicandos ac rejiciendos. Facile autem fuit, aliquem nactum libros Septuagiata Interpretum in quibus erat generatio Cainan, inde eam transtulisse in Evangelium Lucæ: quod à principio non animadversum, non solùm inhæsisse in uno eo libro, sed in eos posteà qui usque ad hanc diem exscripti sunt esse derivatum. At enimverò, si quod de veritate librorum Septuaginta Interpretum circa generationem Cainan satis bene probatum est, idem quoque de libro Evangelico B. Lucæ probaretur; equidem sententiam hanc toto assensu complecterer. Verùm neque hâc ætate ullus est liber B. Lucæ qui in genealogiâ Salvatoris*

(d) Perer. in Genes. lib. 16. sect. 178, 179.

non habeat generationem Cainan; nec legi fuisse unquam aliquem, qui diceret vel à se vel ab aliis visum esse codicem ullum B. Lucæ qui tali generatione careret. Ita ille.

Atqui librum B. Lucæ Græcolatinum, in antiquissimis membranis, literis majusculis, sine spiritibus & accentibus, descriptum ipsi vidimus: ubi in Græco, του φαλεκ, του Εβερ, του Σαλα, του Αρφαζαδ, του Σημ, in Latino, *Qui fuit phalec, qui fuit Eber, qui fuit Sala, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem*, exertè legebatur; *Cainanis* hujus mentione prorsus prætermissâ. Codex ille, quatuor Evangeliorum & Actorum Apostolicorum historias complectens, ex Græciâ olim in Galliam perductus, in monasterio S. Irenæi in suburbio Lugdunensi est repositus; ibíque oriente civili bello anno 1562. repertus, à Theodoro Bezâ anno demùm 1581. publicæ Cantabrigiensis academiæ Bibliothecæ est donatus. Neque hujus generis Græcus ullus MS. est alius, vel à Bezâ commemoratus, vel in Angliam è Græciâ nuper missus: quicquid in notationibus suis ad hunc Lucæ locum dicat Hugo Grotius.

e Salian. Præfat. in Annal. tom. 3.

Quærit hîc igitur Salianus; (*e*) quæ sit *vis in manuscripto uno, sive Gallico sive Anglicano, in quo Cainan in Evangelio Lucæ omissus fuerit, ut omnibus omnium Bibliothecarum id genus libris opponi possit?* Negátque omninò Gomarus, (*f*) unum illum codicem tantæ videri esse vel *antiquitatis, ut reliquis omnibus priscis patribus sit conferendus, nedum præferendus*; vel *sinceritatis, ut fidem præ cæteris mereatur.* Quasi aliam huic codici vim à causæ hujus patronis adscribi fuisset necesse, quàm quanta ad objectum universalem exemplarium Lucæ in Cainane retinendo consensum refellendum sufficeret; quæ cui lectio esset præferenda, non ex hujus codicis vel antiquitate vel sinceritate, sed ex Mosis & Ezræ authoritate, æstimandum relinquentibus. In

f Gomar. de genealog. Christi, cap. 2.

In profundioris autem antiquitatis exemplaribus varietates occurrere plurimas, quæ in posteriorum temporum Manuscriptis nullibi apparent, vel hic ipse de quo agimus codex fidem facit: qui unus in Evangeliis plures à vulgatis libris discrepantes lectiones nobis exhibet, quàm aliarum fortassè Bibliothecarum exemplaria conjuncta simul omnia. De cujusmodi in libris Novi Testamenti suo tempore repertâ varietate, ita & Origenes nos monuit. (g) *Multam differentiam inter exemplaria invenimus, sive per negligentiam scribentium, sive ex temeritate quorundam, sive propter eos qui negligunt emendare scripturas; vel propter eos qui quod ipsis videtur in emendationibus vel adjiciunt, vel subducunt.*

g *Origen. in Matth. tract.* 8.

Itaque, quemadmodum in Rom. I. 17. rectè nos hodie legimus, *Justus ex fide vivet*; ubi libri qui Hieronymi tempore extabant (quemadmodum libro 1. Commentariorum ipsius in *Habakuk* cap. 2. liquet) primæ personæ pronomine ex LXX. addito, *Justus ex fide meâ vivet*, legerunt: ita vice versâ, ubi hodiè apud Lucam ex Κοινῆ sive vulgatâ Græcâ editione *Cainanem* videmus repositum; in illâ quæ Origenis tempore ferebatur codicum varietate eundem pari consensu non fuisse adjectum, tum ex nostro hoc venerandæ antiquitatis exemplari argumentum capere possumus, tum ex ipsius Origenis verbis illis, tractatu 20. in Johannem. Ἀβραὰμ εἰκοστὸς γεγέννηται ἀπὸ τῆς φωτιπλάστου. δέκα γὰρ γενεαὶ ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ Νῶε, καὶ δέκα ἀπὸ Νῶε ἐπὶ Ἀβραάμ. *Abraham à primo homine vicesimus natus est. Decem enim generationes ab Adamo sunt ad Noë, & decem à Noë ad Abraham.* Ut Noë enim seniore Cainane connumerato, ab Adamo decimus; ita Abrahamus ab eodem, nisi secluso Cainane juniore, numerari nullo modo poterit vicesimus; Quibus addendum quoque, quòd Josephus, vetus scriptor Christianus, in Græco suo Hypomnestico, recensens generationes ab Adamo ad

Christum

Christum, post Arphaxad ponit Sala; insititio isto Cainane prorsùs omisso.

Sed & ex Romanensium castris Johannes Cordesius, in Gallico de genealogiâ Christi libello, *Cainanis* nomen in primitivis Lucæ codicibus non extitisse confirmat. Hic enim est *anonymus* ille cujus contra Cainanem argumenta recensuit in (*h*) Dubiis suis Evangelicis noster Spanhemius: & *homo non levitèr eruditus*, cujus rationibus hâc in parte respondere conatus est, in tertii sui Annalis Præfatione, Jacobus Salianus. Cui & comites adjicere liceat, ex eâdem è quâ Salianus fuit societate Jesu, Theologos tres: quorum primus (ab ipso Cordesio productus) Cordelius à Lapide, in Commentariis suis ad Geneseos cap. XI. 12. docet Cainan in Lucam irrepsisse *errore librariorum, vel scioli alicujus, qui Hebraicè nesciens, cùm in versione* LXX. *quæ olim vulgata fuit, in Genesi inveniret additum Cainan, eundem ex* LXX. *in Lucam transtulit, illúmque ei inserendum putavit.* Alter Dionysius Petavius, in libro 9. de doctrinâ Temporum cap. 17 non debere *mirum aut incredibile videri, si Cainani nomen ex* LXX. *corruptis libris in Evangelium Lucæ redundâsse suspicemur.* Tertius denique Petrus Possinus, in Diallactico Genealogiæ Christi cap 9. confidentèr concludit; *ex corruptâ jam editione* LXX. *longo demùm intervallo libris Lucæ inditum à sciolis exscriptoribus fuisse nomen Cainani. Nam quis nescit,* inquit ille, *Testamentum Novum librorum omnium frequentissimè fuisse descriptum? Quod ergo assueti editioni* LXX. *jam mendosè semidocti Græculi ad descriptionem Evangeliorum accederent; restituere, ut ipsis quidem videbatur, omissum apud Lucam nomen non dubitaverunt: quæ hallucinatio emendationis eruditæ authoritatem habuit; ut in omnes brevi Codices vulgaretur, si tamen in omnes.* Et de testimoniis, pro retinendo Cainane, à LXX. Interpretum & Lucæ Evangelistæ authoritate deductis, ista dicta sufficiant.

h *Part.* 1. *dub.* 23.

ERUDI-

ERUDITISSIMO VIRO,

D. LUDOVICO CAPPELLO,

Jacobus Uſſerius Armachanus S.

VIR CLARISSIME:

CUM tuam de textûs Hebraici Veteris Teſtamenti variantibus Lectionibus ad me datam Epiſtolam cum alterâ D. Botii ad me itidem ſcriptâ conferrem; in ipſo ſtatim limine deprehendi, de eo quod imprimis conſtituendum inter vos fuerat, id eſt, de cardine & ſtatu principalis controverſiæ, immane inter vos eſſe diſſidium. Affirmas tu, (a) *Neceſſe eſſe ut Bootius & ipſi ſimiles vel renuncient effato ſuo, ſcilicet non licere nobis vel in minimo apiculo diſcedere ab hodierni codicis* Hebraici *lectione; vel dicant, Scribas omnes quorum operâ hodiernus codex ad nos pervenit, per plus quàm duo annorum millia, à reditu ex captivitate Babylonicâ (quum Eſdras dicitur totum Vetus Teſtamentum ipſe deſcripſiſſe) ad hunc uſque diem fuiſſe* ἀναμαρτήτους *&* ἀσυκοφάντους.

(a) *Apologetic. epiſt. pag. 10.*

At effatum illud Bootius ut ſuum & ſui ſimilium eſſe planè pernegat: & in hiſce ſtudiis exercitatiſſimi (b) Buxtorfii de Hebraicis codicibus aſſertionem hanc, ſuis rationibus munitam, contrà opponit. *Neque enim exiſtimo tales*

(b) *De Punctor. antequit. part. 1 cap. 16.*

tales esse, ut in nullo planè punctulo, apiculo, aut literulâ, à primis Mosis & Prophetarum autographis apographa unquam discesserint, aut nullum omnino vitium vel levissimum in eos irrepserit. Nam ne ipsi quidem Judæi hoc asserunt: qui & antiquitus jam exemplaria corrupta, sed ab Esrâ iterùm correcta & restituta fuisse & posterioribus temporibus, cùm inter celebres Authores, tum inter exemplaria varia, dissensiones & discrepantes quasdam lectiones notant. Tales sunt præter Notas ה"ת וכח"ב קרי *Dissensiones de quarundam Vocum lectione inter Judæos Orientales & Occidentales, & inter Ben Ascher & Ben Naphtali. Sic memorant aliquando, nec dissimulant, Varietates nonnullas ex libris quibusdam Manuscriptis celeberrimis & magnæ authoritatis: ut, exempli gratiâ, librorum Hierosolymitanorum, Babylonicorum, Hispaniensium, Exemplaris Hilleliani, Pentateuchi cujusdam Hierichuntini, Sinaitici, &c. Meminerunt etiam librorum* correctorum, *& per consequens tacitè etiam* minùs correctorum. *Redarguunt etiam sæpè exemplaria quædam disertè erroris.*

Indéque paulo commotior hîc D. Bootius, ita de te conqueritur. (c) *Quæ est hæc dictatoria potestas, imò quæ inaudita tyrannis, præscribere nobis quid sentire debeamus ac necessitatem nobis imponere, ut eam tueamur sententiam quam pro absurdissimâ damnamus; & quæ sententiæ verè nostræ adeò non cohæret, aut ex eâ sequitur, ut hâc positâ illam inevitabiliter concidere necesse sit? Quasi verò non liceat nobis rem istam, prout melius nobis videtur, concipere atque explicare; & inter duo extrema tum innumeræ ac commentitiæ Variarum Lectionum multitudinis, tum omnimodæ illarum absentiæ mediâ viâ (in quâ ut plurimùm Veritas inveniri solet) incedere: & quasi nobis id necessariò faciendum esset, quod non nisi stulti facere solent, ut dum vitium aliquod devitant, in contrarium vitium currant.*

(c) Epist. sect. 2.

Quid

Quid hîc tu verò? Ais te (*d*) *Dictatorem non agere nec tyrannidem exercere, nec illis quidquam præscribere; sed quid ex eorum sententiâ & positione atque effato sequatur ostendere: nullam verò* Bootium *invenisse viam quâ se explicet & extricet isto nexu quo cum & sui similes constrinxeras. Si nobis non licet vel in minimo apiculo ab hodierni codicis lectione deflectere, sequi hodiernum codicem ad minimum usque apiculum nobis repræsentare ipsissima Mosis & Prophetarum αὐτόγραφα: hoc autem si verum est, sequi Scribas omnes inter describendum fuisse ἀναμαρτήτους.* Et *hîc Bootio Rhodum esse* asseris, *hîc illi esse saltandum.* (d) *Apolog. pag.* 11, 12.

Atqui ostendendum tibi priùs fuerat, hanc fuisse Bootii sententiam; *non licere nobis vel in minimo apiculo ab hodierni Hebraici codicis lectione deflectere:* à quâ tam procul illum abfuisse videmus, ut (*e*) duos casus ipse expresserit, in quibus nobis liceat à vulgatâ lectione recedere. I. *Ubi discrepant inter se codices Hebraici;* (*non quidem quivis promiscuè, sed lectiones ac melioris notæ:*) tunc enim *de variantibus lectionibus artificiosè dijudicandum esse, quænam alteri præferenda sit; eámque eligendam quæ loco aptiùs quadret.* II. *Quando invictis argumentis probari potest, aliquod textui vitium subesse.* (e) *Append. Epistolæ, p.* 103.

Negat quidem ille, & jure negat, veteres Scripturæ Translationes quascunque pro totidem Hebraicæ veritatis exemplaribus esse habendas; ita ut ex iis Hebraici textûs variationes non minùs certò colligi possint, quàm ex ipsis codicibus Hebraicis. Nam, ut rectissimè à te est observatum, (*f*) *Non omnis variatio Interpretis à textu originario nititur aut fundata est in diversitate codicum originariorum: multa potest esse ab Interpretis ipsius hallucinatione & deliberatò factâ mutatione, additione, & detractione.* Ex incuriâ quoque & ἀλογίᾳ Interpretis præteriri non rarò in versione videmus, quod in eo quem transferendum sibi (f) *Apolog. pag.* 101.

propoſuit codice legebatur, atque aliud etiam pro eo quod ibi habebatur in Tranſlatione ſubſtitui. Quemadmodum (verbi gratiâ) ex II Maccab. XIII. 15. tum in Franciſci Junii verſione, tum in doctiſſimi fratris tui (*g*) Hiſtoriâ, *bis mille* viri à Judâ Maccabæo interfecti feruntur: non quòd id ita in textu originario utervis invenerit, ſed quòd frater Latinum hîc interpretem ſimpliciter ſecutus fuerit; Interpres verò Græcum quem vertebat textum minùs diligenter attendens, διχιλίους pro τετρακισχιλίους perperam acceperit Cujuſmodi παρεφθαρμένα, ob characterum aut ſonorum in vocabulis præcipuè Hebraicis ſimilitudinem vel levem aliquam à minùs attento inſpectore conceptam literarum tranſpoſitionem, multo etiam faciliùs poſſunt obrepere. Et ut in multis hujus generis locis, Hebraicum quo interpres uſus eſt exemplar eandem quam ille reddidit lectionem exhibuerit: de eorum tamen plurimis nullo nobis conſtare poteſt modo, utrum ipſi Interpreti an codici quem præ manibus ille habuit Hebraico iſta accepta referenda fuerit differentia; præſertim ſi Interpres ille ex Judaïzantium fuerit numero.

(g) *Jacob. Cappel. ad ann. Mundi* 3837.

Ex libris enim Talmudicis & Commentariis quæ *Medraſhim* vocant, manifeſtum eſt, Judæis hanc eſſe conſuetudinem, non ex negligentiâ aliquâ, ſed ex nimiâ potiùs diligentiâ, & certo conſilio profectam; ut paronomaſticis hujuſmodi vocum immutationibus in ſacrarum literarum explicatione ſæpiùs utantur: non quòd in exemplari ullo ita ſcriptas voces illas deprehenderint, ſed quòd ad varios exponendæ Scripturæ modos amplificandos pertinere illud exiſtimaverint. Unde & tu (*b*) quum Talmudici dicunt, Pſalm. LXVIII. 14. non eſſe legendum (uti nos legimus) בְּצַלְמוֹן ſed בְּצַלְמוּת, in Exod. XXXII. 1. non בּוֹשֵׁשׁ ſed בָּאוּ שֵׁשׁ, in Eſai XXVI. 2. non שׁוֹמֵר אֱמוּנִים ſed שֹׁאֲמְרִים אֱמֶן, & in Cantic. VII. 11. non בַּכְּפָרִים ſed

(h) *Critic. pag.* 178.

sed בני פרוש esse legendum; non id eos voluisse (cum (*i*) Buxtorfio patre, πῶς μανεῖτη) agnoscis, ut quod ipsi legendum dixerunt pro verâ textûs lectione esset recipiendum, sed *ut acumen ingenii in his ostentarent, & haberentur pro iis qui Legem variis modis explicare possent.* (i) *Commentar. Masorethic. lib. 1. cap. 9.*

Neque tamen ex ullis omnino Interpretum locis variantes Hebraicorum codicum lectiones peti posse inficiatur Bootius (*k*). ex eâ tantùm versione quæ LXX. nomen præfert colligendas eas esse negat; ex reliquis omnibus Interpretibus desumi eas posse, libenter concedit. Nullo enim modo admitti posse judicat, quæ de τῶ editione contra Buxtorfium à te prolata sunt. (*l*) *Manifestum esse ex collatione* τῶ LXX. *cum textu hodierno Hebræo, codicem eorum ab isto enormiter variâsse. Reddi enim in infinitis locis discrepantiæ rationem certam & indubitatam, variam scilicèt lectionem, quòd aliter legerunt in suo codice, quàm hodie legitur in Judaico. Codicem Hebræum quo usi sunt* LXX. *in versione suâ concinnandâ, immensum quantum ab hodierno Judaico diversum abire. Ex Translationis ipsius cum hodierno Judaico contextu contentione, Sole ipso clariùs liquere,* LXX. *Interpretes longè alitèr in codice suo Hebraico legisse, quàm nos hodiè legimus in hodierno Judaico.* (k) *Epist. sect. 14.* (l) *Critic. Defens. sect. 14.*

Nec ita solus sensit Bootius: hoc ipsum jamdudum illum docuerat B. Hieronymus. *qui passim notat & monet quàm diverse* LXX. *Interpretes ab hodiernâ lectione discesserint; neque tamen diversitatem seu variationem illam rejicit in codicis ipsorum discrepantiam ab eo quo utebatur: sed totam diversitatis causam & culpam ipsis interpretibus adscribit; qui aliter legerunt decepti literarum similitudine & affinitate, vel omittendo & subtrahendo, vel addendo etiam aliquid de suo, prout illis videbatur consultius.* Quod multis ex Hieronymi scriptis & Commentariis productis locis & exemplis probat (*m*) Bootius; & esse verum, (*n*) tu ipse agnoscis. (m) *Epist. sect. 55, 57, 58.* (n) *Apolog. pag. 93.*

Et rectè quidem hîc tu putas, (o) *ipſum Bootium non exiſtimare neceſſariò ſibi credendum, ſequendum & amplectendum eſſe, quicquid uſpiam ab Hieronymo dictum aut ſcriptum eſt.* At nihil hoc impedit, quo minùs ille inquirat, quî fieri potuerit, ut homo in aliis minimè hebes, & in Hebraicâ literaturâ ſatis perſpicax, id videre non potuerit, quod tu non modò *certum* eſſe atque *indubitatum*, ſed etiam *Sole ipſo clariùs liquere* aſſeris.

(o) *Ibid. pa.* 94

(p) *Ibid. p.* 96. *Cauſa*, verò, (p) inquis, *cur res illa Hieronymo in mentem non venerit, non fuit defectus aliquis ingenii aut judicii, vel doctrinæ in ipſo, ſed præjudicata opinio quam à præceptoribus ſuis Hebraicis hauſerat; codicem Hebraicum repræſentare ad amuſſim ipſa Prophetarum autographa, proindéque non eſſe ab illo vel latum pilum diſcedendum. Itaque quicquid videbat ab illo codice vel tantillum diſcrepare, ſtatim illud rejiciebat tanquam ſpurium, corruptum & adulterinum, ejúſque cauſam in Interpretum hallucinationes, vel Scribarum, qui Tranſlationes ipſorum deſcripſerunt, audaciam, temeritatem, vel inſcitiam rejiebat.* Quod fortaſſe non dixiſſes, ſi ex commentariis ipſius in 3. caput epiſtolæ ad Galatas (q) in memoriam revocaviſſes, quàm facilè ſuſpitionem hanc ille admiſerit; à Judæis detracta textui Hebraico fuiſſe vocabula כל & בכל in Deuteron. XXVII. 26. & אלהים adjectum in Deuteron. XXI. 23. atque ex (r) commentariis in Micheæ cap. V. 2. in Joſuæ XV. capite poſt verſum 59. duos verſiculos potuiſſe *de veteribus libris eradi malitiâ Judæorum, ne Jeſus Chriſtus de tribu Judâ ortus videretur.*

(q) *Critic. pag.* 478, 479, 480.

(r) *Ibid. p.* 292

(s) *Apolog. p.* 21 LXX. illorum tuorum animadvertiſſe te agnoſcis (s) *frequentes pueriles & pudendos ſæpe lapſus atque aberrationes à genuinâ vocum & phraſeon ſignificatione, & ſacrorum ſcriptorum mente atque ſcopo, etiam in iis locis, in quibus illi, non ſecùs quàm nos hodiè, legerunt.* An verò ex ignorantiâ

rantiâ aut ἀζηλοτυπία in tam *frequentes*, tam *pueriles & pudendos* lapſus homines Hebraicæ linguæ ſatis peritos incidere potuiſſe putabimus: an accuratiorem potiùs eos omnem transferendi rationem conſultò hîc neglexiſſe? Quod certè alibi paſsim ab eis fuiſſe factum videmus, ubi nulla literarum ſimilitudo vel vocum affinitas variantis lectionis aut erroris à librariis commiſſi aliquod exhibet veſtigium. Quò referenda celeberrima illa de annis primorum Patrum, in cap. V & XI. Geneſeos, differentia: de quâ, in lib. 15. de civitate Dei cap. 13. B. Auguſtinus. *In his in quibus continuatur ipſius mendoſitatis ſimilitudo, ita ut ante genitum filium qui ordini inſeritur alibi* (in Græco ſc.) *ſuperſint centum anni, alibi* (in Hebræo) *deſint; poſt genitum autem ubi deerant ſuperſint, ubi ſupererant deſint: videtur habere quandam, ſi dici poteſt, errorem ipſe conſtantiam; nec caſum redolet, ſed induſtriam.* hâc additâ concluſione, ipſo dignâ. *Rectè fieri nullo modo dubitaverim, ut cùm diverſum aliquid in utriſque codicibus invenitur, quandoquidem ad fidem rerum geſtarum utrumque eſſe non poteſt verum, ei linguæ potiùs credatur, unde eſt in aliam per interpretes facta tranſlatio.*

Agnoſcis deinde ipſe, (*t*) *ſi conferatur Græca iſta Verſio cum Hebræo textu, inveniri infinita loca in quibus aliquid deficit eorum quæ in Hebræo habentur.* Et quæris, (*u*) *quî potuerit tanta eſſe in Interpretibus* ἀζηλοτυπία *& præcipitatio, ut periodos etiam integras omiſerint, eáſque multas & frequentes; quin & capita integra, & capitum partes longè maximas omiſerint penitùs?* quum ab Interpretibus illud ſimul quærere debuiſſes; *quî* etiam *potuerit tanta eſſe in librariis* ἀζηλοτυπία *& præcipitatio*, ut toties & tam fœdè hîc erraverint? tecúmque conſiderare creditu longè fuiſſe facilius, Interpretes iſta in ſuo codice inventa pro libitu in Verſione ſuâ præteriiſſe; quàm à Maſorethis vel primis

(t) Critic. pag. 214.

(u) Ibid. p. 36.

He-

Hebraicorum noſtrorum codicum deſcriptoribus confícta magnâ ex parte & textui ſacro addita fuiſſe. Id enim dicere oportet, ſi in hodiernæ lectionis correctione tot editionis Græcæ defectuum aliqua habenda fuerit ratio.

Et hi quidem defectus in libro Job maximè ſunt conſpicui: in quo à Græcis codicibus abfuiſſe notavit (x) Origenes, πολλάκις μὲν ἐπὶ τέτταρας ἢ τρεῖς, ἐνίοτε δὲ καὶ πεντεκαίδεκα, καὶ ἐννεακαίδεκα, *ſæpe quidem quatuor aut tres ſententias, nonnunquam autem quatuordecim, ſexdecim & novemdecim.* Quos omnes defectus ex Græcâ Origenis editione ſupplens Hieronymus, in Latinam ſuam Verſionem (quam obelis & aſteriſcis diſtinctam in lucem aliquando proferre nobis eſt animus) ita ad Paulam & Euſtochium eſt præfatus. *Beatus Job, qui adhuc apud Latinos jacebat in ſtercore, & vermibus ſcatebat errorum, integrum immaculatúmque gaudete. Quomodo enim poſt probationem atque victoriam ipſius * dupliciter univerſa reddita ſunt: ita ego in linguâ noſtrâ (audacter loquor) feci eum habere, quæ amiſerat.* Indéque Præfatione in eundem librum ex Hebraico poſtea à ſe converſum, eos qui priorem illam ſuam Tranſlationem probaverant (in quorum numero & Auguſtinus fuit; qui ad eam ſuas in Jobum Annotationes adaptandas cenſuit) ſimul etiam à LXX. erratum fuiſſe fateri oportere colligit. *Neque enim fieri poteſt*, inquit ille, *ut quos plura intermiſiſſe ſuſceperint, non eoſdem etiam in quibuſdam erráſſe fateantur: præcipuè in Job; cui ſi ea quæ ſub aſteriſcis addita ſunt ſubtraxeris, pars maxima detruncabitur. Et hoc dudum ex ore apud Græcos. Cæterùm apud Latinos, ante eam tranſlationem quam ſub aſteriſcis & obelis nuper edidimus, ſeptingenti ferme aut octingenti verſus deſunt: ut decurtatus & laceratus corroſúſque liber fœditatem ſui publicè legentibus præbeat.*

(x) *Epiſt. ad Jul. Africanum*

* *Job.* 42. 10.

Tibi

Tibi verò (qui LXX. tuis tantopere detrahi illibenter audis) hoc (y) *videtur ab eo dictum esse hyperbolicè*: quòd *in eo libro hodie versus sint duntaxat* 1070. *sic enim in veteribus illis editionibus Latinis fuissent tantùm* 270. *versus in eo libro* (vel 370. ut debebas etiam adjicere.) Ubi nostros versus sive פסוקים Hebræorum, qui 1070 in libro Jobi numerantur, minùs accuratè distinguere videris à Veterum στίχοις: cujusmodi in libri, 20. Ἑξαπλοΐοις suæ 60000. extitisse, ad eorum finem annotat Josephus; & 1800. in libro Jobi fuisse, ad calcem Chronographiæ suæ refert Nicephorus Constantinopolitanus Patriarcha. Hesychius, vel quicunque ineditarum in libros sacros Græcarum Hypothesium author fuit, distinctione hâc adhibitâ, librum Job sine asteriscis quidem 1600 στίχους habuisse notat; cum asteriscis verò 2200. Varia enim τῶν στίχων apud varios erat longitudo; & ab Hesychio magis præcisè asteriscô notatorum quantitas ad 600 στίχους, quàm ab Hieronymo (dimidiatam libri partem propius assequi affectante) ad 700 vel 800 versuum numerum reducitur. quæ ipsa minor tamen ratio satis evincit tot in uno libro defectuum Græcam vulgatam editionem ream esse repertam, ut quid in reliquis ab illâ omissum sit, operæ pretium non fuerit attendere.

(y) Critic. p. 295

Sed nihil editionis illius authoritatem magis minuit, quàm multiplex illa tot assumentorum ad sactam Hebraicæ veritatis purpuram audaciſſimè facta additio: quæ aliquando non versiculorum tantùm aliquot, sed integrorum etiam est capitum. Harum additionum, ab Origene in epistolâ ad Julium Africanum, ex Jobi & Estheræ libris producta habentur exempla. Et de libro Estheræ agnoscis ipse, (z) *multa fuisse addita & omissa ad libitum Interpretis; qui non fuit accuratus in vertendo, sed studuit tantùm utcunque sensum reddere.* Sed ut sensum utcunque

(z) Critic. p. 193

ille redderet; tam multa à textu demere, tam multa aliena in eum intrudere, quid attinebat? Et quî minùs accuratus ille fuit in hoc quàm in Prophetiis libris? in quibus vel ille vel illi Interpretes, ut tu quoque fateris,

(a) Ibid. pa. 132 (a) *passim vocum genus, numerum, casum, tempus, modum, conjugationem, & personam immutârunt, penè pro arbitrio, ut sensum aliquem, utpipsis videbatur, commodum exculperent iis in locis in quibus alioqui sensus non videbatur ipsis elici posse aptus & accomodatus.*

Qui verò in uno libro *ad libitum* multa addunt & omittunt, in aliis ita commutant omnia *penè pro arbitrio*, non æqui sanè habendi sunt Hebraicæ lectionis arbitri, præsertim quum in Daniele complura illi capitula Hebræo textui addiderint, quæ ob hanc ipsam causam Eusebius & Apollinarius, Porphyrii calumniis respondentes, ut legitimam Scripturæ partem defendere recusabant; sed etiam reliquæ prophetiæ faciem universam ita immutaverunt, ut Christianæ ecclesiæ, in aliis libris eorum Versionem secutæ, hîc eam repudiare atque in ejus locum Theodotionis editionem coactæ fuerint substituere. De quibus, in suorum ad Danielem Commentariorum Procemio sic scripsit Hieronymus. *Ante annos plurimos quum verteremus Danielem, has visiones* (à LXX. superadditas) *obelo prænotavimus, significantes eas in Hebraico non haberi. Et miror quosdam* [illegible] *indignari mihi, quasi ego decurtaverim librum: quum & Origenes, & Eusebius, & Apollinarius; ultique ecclesiastici viri & doctores Græciæ, has visiones non haberi apud Hebræos fateantur; nec se debere respondere Porphyrio pro his, quæ nullam Scripturæ sanctæ authoritatem præbeant. Illud quoque lectorem admoneo, Danielem non juxta Septuaginta Interpretes, sed juxta Theodotionem Ecclesias legere, qui utique post ad-*

ven-

ventum Christi incredulus fuit; licèt eum quidam dicant Ebionitam, qui altero genere Judæus est. & initio Prologi in Danielem, ex Hebraico à se conversum. *Danielem Prophetam juxta Septuaginta Interpretes Domini Salvatoris ecclesiæ non legunt, utentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, nescio. Sive enim quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt Septuaginta Interpretes eásdem linguæ lineas in translatione servare; sive sub nomine eorum ab alio nescio quo, non satis Chaldæam linguam sciente, editus est liber; sive aliud quid causæ exiterit ignotum: hoc unum affirmare possum, quod multùm à veritate discreper, & recto judicio repudiatus sit.*

Quod igitur à Bootio quæris, (*b*) *Cur de* LXX *Interpretibus non idem dicere liceat, quod de aliis ipse concedit? ubi nimirum constat eorum interpretationem fundatam esse in variâ lectione quæ fuit in eorum codice, quæque demonstrari potest ex ipsa translatione.* respondeterem ego quidem, idem ipsum de omnibus dicendum fuisse, si de fundamento illo constaret: sed illud adhuc nobis dubium manere, an ex ipsa translatione ,, demonstrari possit, aliter eos in suo Hebræo codice legisse, quàm nos in nostro. Nam etsi in aliis interpretibus, vel paraphrastis etiam qui sententiam textûs originarii exprimendam sibi proposuerunt, ubi eorum codex à nostro variaverit, dignosci aliquando possit: in iis tamen idem præstari posse non est expectandum, quibus tam multa Scripturæ, quam transferendam susceperant, *ad libitum* & addere & subducere ludus est. Et eos quibus vocum genus, numerum, casum, tempus, modum, conjugationem & personam immutare, *penè pro arbitrio*, mos est, à literularum vel permutatione vel transpositione vel additione etiam atque detractione (quæ tibi variantium lectionum ex translatione

(b) *Apolog.* p. 35

ſumptarum Demonſtrationes ſunt) adeò religioſè ſe continuiſſe, non facilè quis crediderit.

Tu verò longè aliam rerum ſpeciem animo depinxiſti tuo. (c) Ipſum " codicem Hebræum, quo uſi ſunt " *LXX* in Verſione ſuâ concinnandâ, immenſum quan- " tum ab hodierno Judaico diverſum abiiſſe. (d) Chri- " ſti & Jonathanis *Chaldæi Paraphraſtæ* tempore, & ſecu- " lis ſequentibus, obtinuiſſe ſolum hodiernum Hebræ- " um codicem, ab illo τῶν *LXX* multùm diſcrepantem. Et " ſi quæ fuerunt ante tempus Antiochi Epiphanis paria & " gemina illi τῶν *LXX* exemplaria vetuſta, videri vel per- " ſecutione immanis illius Tyranni abolita, vel Phariſæ- " orum & Scribarum, Verſioni τῶν *LXX* infenſorum hoſti- " um, poſt illam perſecutionem zelo, invidiâ, & lævâ " mente in contemptum adducta, neglecta, ac tandem " penitùs exoleta. ut eorum factam non eſſe mentionem " ab ullo Judaicorum ſcriptorum poſt Chriſti & Jonatha- " nis tempus, cauſa non ſit cur quis miretur. *Denique*, (e) " Codices omnes hodiernos Judaicos pro unico dunta- " xat exemplari textûs Hebraici habendos & cenſendos " eſſe; *codicem* τῶν LXX. *pro uno altero. Judaicos enim* " omnes poſteriores eſſe recenſione illâ librorum ſacrorum " quæ cenſetur facta à Maſſorethis poſt 500. à Chriſto " nato annum; omnéſque exſcriptos aut correctos videri " ex uno exemplari de quo * Maimonides ait. Ben Aſ- " cher per plures annos in eo laborâſſe, & fuiſſe Ieroſoly- " mis conſtitutum ut ex eo codices corrigerentur & e- " mendarentur.

(c) *Critic. p. 570*

(d) *Ibid. pa. 572*

(e) *Apolog. p. 105*

* *Maimoni. in* אהבה *tract. 5. cap. 8. ſect. 4.*

Ubi primùm tu quidem, cum aliis plurimis, accuratam illam Pentateuchi verſionem, à LXX Interpretibus Ptolemæo Philadelpho procurante perfectam, cum laxiore totius Veteris Teſtamenti tranſlatione alterâ confundis; quæ, utut eorundem LXX titulo venditetur, poſt (f) quar-

(f) *Eſther. ca. 10 fin. in edit. Græc. Vatican.*

tum

tum; tamen annum regni Ptolemæi Philometoris & Cleopatræ est confecta (*g*) sub quibus Dosithei Judæi celebre in Ægypto nomen fuit. Quem Philometorem cùm tempore gravissimæ illius persecutionis regnavisse in Ægypto, ipsique tyranno Antiocho superstitem fuisse constet: cui erit credibile, Interpretem illum, quicunque demùm fuerit, in suâ Versione concinnandâ ejusmodi Hebraico codice uti potuisse, cujusmodi omnes Epiphanis persecutione aboliti fuerint? aut alio ullo uti voluisse, quàm à Judæis Assamonæorum sæculo viventibus communiter recepto, id est, nostro? quandoquidem, te ipso fatente, (*h*) *ἀκρίβεια & Zelus Pharisæorum Judæorúmque posteriorum erga Legis corticem, & Massorethorum diligentia effecit, ut non ità multùm variaverint codices Hebraici ab Assamonæorum sæculo ad hæc usque nostra tempora.*

(g) *Joseph. lib. 2. contr. Apion.*

(h) *Critic. p. 513.*

Deinde, ubi recensionem librorum sacrorum, quæ à junioribus Masorethis post 500 à Christo nato annum & perfectam Gemaram Babylonicam facta censetur commemoras (nam (*i*) *ut minimùm sexcentis, atque adeò amplius, post Christum natum annis vixisse* illos statuis:) de priscorum quoque consimili studio, luculentum illum locum ex eâdem Babylonicâ Gemarâ in memoriam tibi revocandum judicavi. (*k*) *Primi* vel antiqui illi (ראשונים) *ideò appellati sunt* כופרים, *quòd literas Legis omnes numeraverint; dicentes. Litera Vau vocis* נחון (Levit. XI. 42.) *est media litera libri Legis:* דרש דרוש (Levit. X. 16. *mediet as vocum;* והחגורה (Levit. XIII. 33.) *versuum.* In יכרסמנה חזיר מיער (Psalm. LXXX. 14.) litera ע vocis יער est *media* litera *Psalmorum:* וחיא וחום יכפר עון (Psalm. LXXVIII. 38.) *medius versus.*

(i) *Critic. pag. 510.*

(k) *Tract.* קדושין *cap. 1.*

Primorum verò vel antiquorum horum nomine intelliguntur אנשי כנסת הגדולה *Viri Synagogæ magnæ*, ob hoc

ita dicti, quòd עטרה *Coronam* (ut (*l*) alibi in hâc ipsâ Gemarâ legitur) vel הנרולה *magnificentiam* (ut in (*m*) Gemarâ Hierosolymitanâ, alterâ longè antiquiore, habetur) *in pristinum statum restituerint*. Eos postremis Prophetis proximè successisse, & ut *sepimentum Legi fieret* monuisse, in ipso initio פרקי אבות (quæ pars Mischnæ est, circa annum Christi 188 editæ) traditum invenimus. unde & celebre illud (*n*) Rabbinorum effatum est petitum: מסרח סיג לתורה *Masorah est sepimentum Legis*. Cúmque à primis hisce Masoræ authoribus, qui cum postremis Prophetis sunt versati, observatum fuerit, *literam Vau in voce* נחון *mediam esse literam Legis*: (quod etiam apud R. Jehudam Levitam, in parte 3. libri Cozri, legitur:) not indum est, ad hujus rei conservandam memoriam, in hodiernis etiam Bibliis *Vau* illud majusculo signatum esse charactere, Levit. XI. 42. apponique ad illud notulam istam Masorethicam ו' נחון דיל דתורה באמצעיתא *Vau vocis* נחון *est medietas Legis in literis*. Unde non solùm primorum & postremorum Masoretharum hâc in re consensio, sed etiam hodiernorum Hebraicorum codicum cum primorum illis, qui tempore Philadelphi & LXX Interpretum antiquiores fuerunt, conformitas adstruitur.

(l) Tract. ובמא cap. 7.
(m) Tract. מגלה cap. 3.
(n) Elias præfat. 3. Masoreth hammasoreth.

Masoræ hujus antiquitatem Josephi quoque adversùs Apinionem grammaticum auctoritate comprobari, (*o*) Arias Montanus asserit. Non quòd expressam ejus mentionem ille fecerit; sed quòd absque Masoræ subsidio non tam confidenter scribi ab eo potuisse is existimaverit, quod in priore contra Apionem libro apud ipsum legitur. Δῆλον δ' ἐστιν ἐγχω πῶς ἡμεῖς τοῖς ἰδί ις χράμμασι πιστεύσαμεν. ποσάκις γὰ αὐτῷ ἐδη παρῳχηκότες, ὅτι σφοδρῶς τὰς ὄψεις, ὅτι ἀχρειῶν αὐτῶν, ὅτι μεταδόσει τετολμηκα. Πᾶσι γὰ σύμφυτον ἔχει ἐυδυς ἐκ ἐ σφόδρα ηλιδσιος ἐκδέξεσθ ὁμοιάζειν αὐτὰ Θεοῦ δόγμασι, κὶ τοῖς ἐμμένειν,

(o) Commentat. de variâ Hebraicor. Libror. scriptione & lectione; cum Bibliis interlinearibus edit. Antuerp. 1584.

ἐμπίπτειν, ἢ ἀεὶ δυνατὸν, εἰ βίου, διαστῆναι πάντας. *Palàm est ipsis oculis, quantam nos scripturis nostris habeamus fidem. Tanto enim sæculi spatio jam præterito, neque adjicere quicquam aliquis, neque auferre, neque mutare est ausus. Omnibus enim insertum est mox ex primâ generatione Judæis, hæc dicta dogmata nominare, & in his utique permanere; & propter ea, si oporteat, libenter mortem oppetere.* Cui geminum est & illud, quod à (p) Philone est traditum, Judæos per spatium amplius quàm bis mille annorum, μὴ ῥῆμά γε μόνον τῶν ὑπ' αὐτῶν γεγραμμένων κινῆσαι, ἀλλὰ καὶ μυρίκις ἀυτοὺς ἀποθανεῖν ὑπομεῖναι δεῖλον, ἢ τοῖς ἐκείνου νόμοις καὶ ἐξηγήσεσι πειθαρχῆσαι: *ne verbum quidem eorum quæ à Mose scripta sunt movisse, sed millies potius morituros, quam quicquam legibus & institutis ejus contrarium suscepturos.*

(p) Apud Euseb. lib. 8. Præparat. Evangelic.

Nam quòd Philonem & Josephum (q) asseris in linguâ *Hebraicâ infantes planè fuisse, si modò quid omninò Hebraicè scivisse dicendi sunt*: ut de Philone Hellenistâ Alexandrino libenter id dem de Josepho Sacerdote Hierosolymitano concedere non possum; qui (r) suis linguâ patriâ Judaici belli scripsit historiam, & in Originum libris (s) Hebraicas scripturas in linguam Græcam transtulit.

(q) Critic. pag. 571.

(r) Joseph. in lib. Belli Judaici Proœmio.

(s) Antiquit. lib. 1. cap. 1. & lib. 10. cap. 11.

Quum Hebraicam igitur ille veritatem per tot sæcula integram & illibatam fuisse conservatam profiteatur: quænam de vulgatâ Græcâ Testamenti Veteris editione (à LXX quidem Seniorum sub secundo Ptolemæo factâ, quam non totius Scripturæ sed librorum tantùm Mosaicorum fuisse (t) ipse agnoscit, diversâ; licèt à Philone, Hebraeæ linguæ imperito, solâ adhibitâ & explicatâ) à codice Hebræo qui eo tempore obtinebat tam longè latéque discedente, ipsius fuerit sententia, non difficile fuerit cuivis colligere. Qui enim codex Hebræus eo tempore obtinebat, non alius ab eo profectò fuit, quem in Chaldaicâ

(t) Ibid. lib. 1 cap. 1.

daicâ ſuâ Paraphraſi Jonathan & Onkeloſius expreſſerunt: quos *uſos eſſe codice Hebræo longè à Codice* ✠ LXX *diverſo, & eodem penè cum hodierno quem à Maſorethis habemus*, u) tute concedis.

(u) Critic. p. 324

De ipſo quoque Joſepho non eſt illud prætereundum, quod ex ſacris Hebræorum literis Origines ſuas tranſlaturum ſe eſt (x) pollicitus, neque ſubtrahendo quicquam neque addendo, id eum pari fide non præſtitiſſe. Eodem enim conſilio quo Perſis nuper Hieronymus Xaverius Jeſuita interpolatam à ſe Euangelicam dedit Hiſtoriam, etiam Græcis ille rerum in Vetere Teſtamento geſtarum tranſmiſit memoriam: nonnulla quæ erant in Canone ſupprimens, alia (ut quum Salomoni, verbi gratiâ, pro 40 regni annis 80 tribuit; & in numero talentorum argenti ad Templi uſum à Davide relicto I Chronic XXII. 14. centum millia pro mille millibus ſubſtituit) immutans, atque ex ſcriptis apocryphis non pauca adjiciens; uti in ejus de Moſe trienni, de eodem juvene cum Æthiopibus bellum gerente, de Tharbi regis Æthiopum filiâ connubium ejus expetente, & aliis ejuſdem farinæ narrationibus licet perſpicere.

(x) Antiqu. lib. 1. cap. 1. & lib. 10. cap. 11. cum lib. 20. cap. ult. & contr. Apion. lib. 1.

* Vulgata ejus editio non multum diſtat ab Hebraico. Unde non ſatis miror quid cauſæ fuerit, ut ſi eoſdem in univerſis libris habemus interpretes, in aliis eadem, in aliis diverſa tranſtulerint. *Hieronym. Prolog. in Ezechiel. qui tamen in hoc ipſo etiam libro plurima ab Interprete prætermiſſa, ex Theodotione ab Origene ſuppleta fuiſſe oſtendit. et in cap.* XLV. 10, 11. locum non cohærere *ait*, & penitùs intelligi non poſſe. *atque ad caput* VII. *admonet*, in hoc capitulo juxta LXX. interpretes ordinem mutatum eſſe atq; confuſum; ita ut prima noviſſima ſint, & noviſſima vel prima vel media, ipſáque media nunc ad extrema nunc ad principia transferantur.

Eodem quoque conſilio, ſed majore licentiâ, editionis Græcæ LXX Seniorum titulo evulgatæ author, quum totius Veteris inſtrumenti arcana (id flagitante fortaſſe aliquo, cui hoc denegare ille non poterat) hominibus alienis à Republicâ Iſraëlis eſſent communicanda, & margaritæ eâ ratione coram porcis (ita enim à Judæis habebantur Gentes) projiciendæ; quod proximum erat, quantâ potuit negligentiâ opus perfecit: & in * *Ezechiele* oſten-

dens

dens quid in vertendo posset, in reliquis libris quid vellet facere; detractionibus, mutationibus, & additionibus suis ita eos invertit, ut cum (y) Aristotele dicere potuerit, fuisse eos ἢ ἐπιδιορθῶσαι ἢ μὴ ἐπιδιορθῶσαι. Sed quocunque animo id ille fecerit: ab Hebraicis qui manibus omnium tum ferebantur codicibus certo consilio & destinatâ operâ recessisse eum constat. (y) *A. Gell. lib. 20. cap. 5.*

In quâ tamen tam longâ & latâ à textu originario discessione, divinam (z) tecum providentiam & agnoscimus & suspicimus: quòd nulla extiterit tam *damnosa inter utrosque textus differentia, ut rectam fidem, quæ ad salutem est necessaria, labefactaret aut læderet.* Quâ ratione saluti prospectum est, tum *Hellenistarum*, sive Græcienſium Judæorum, qui quum Hebraicos libros nullo modo intelligerent, & præter hanc nulla jam alia totius Veteris Scripturæ extaret Interpretatio, Mosis & Prophetarum lectionem inde petitam in Synagogas suas introduxerunt: tum *Christianorum* è Gentibus, qui eos secuti eandem quoque Versionem in usum Ecclesiasticum receperunt. Atque de hâc editione ista dicta sufficiant. (z) *critic. p. 513*

Ad Samaritanam Pentateuchi editionem jam accedo: quam vel primus, vel certè inter primos, nostris temporibus in Occidentem ipse intuli. Cùm enim *Christianæ pietatis homines paulò hâc in re negligentiores hactenus fuisse*, ex (a) Scaligero didicissem: non prius destiti, quàm ex Syriâ & Palæstinâ quinque vel sex illius exemplaria (unâ cum Arabicæ versionis textûs illius parte magnâ, & Arabici in eundem Commentarii fragmento) mihi comparavissem. Cúmque ab Eusebio Cæsariensi, Diodoro Tarsensi, Hieronymo Stridonensi, Cyrillo Alexandrino, Procopio Gazæo & aliis, citatum invenissem: apud Photium, in Bibliothecâ [*cod.* 230.] Decreti Synodici Eulogii Patriarchæ Alexandrini in Samaritanos editi argumentum (a) *Emendat. temper. lib. 7.*

exponentem, tandem reperi, librorum Mosaicorum à Samaritis receptorum depravatorem fuisse *Dositheum* illum, cujus in libro 1. contra Celsum Origenes ita meminit. *Post Jesu tempora Dositheus Samarita persuadere Samaritis voluit se esse Christum illum à Mose prænunciatum: & visus est nonnullos doctrinâ suâ cepisse.* & in Matthæum, tractat. 27. *Sicut manifestat historia lectionum, non multi fuerunt homines in tempore Apostolorum, qui Christos se esse dixerunt: nisi forte Dositheus Samareus, unde & Dositheani dicuntur, & Simon de quo referunt Actus Apostolorum.*

Synodum verò illam ab Eulogio coactam docet Photius, occasione controversiæ inter Samaritas Alexandrinos de loco illo Mosis ortæ, Deuteronom. XVIII. 15. *Prophetam tibi suscitabit Dominus Deus tuus ex fratribus tuis, sicut me.* quem eorum alii Jesum Nave, sive Josuam filium Nunis proxmum Mosis successorem, fuisse contendebant; alii Dosthen sive Dositheum, genere Samaritanum & Simoni Mago æqualem, (συγχρονίσαντα τῷ Σίμωνι τῷ μάγῳ) à cujus nomine Dostheni cognominati sunt. de quo & postea hoc habetur additum. Μόνοι καὶ πρώτοι ἄλλην τινὰ θεσίαν ἢ Μωσαϊκὴν παρεδέξαντο (ea enim vox, pro Ὁλλατδχῳ, in Photio est reponenda) καλαβδωδίους, ἐξ ἱερέως τινὰ ζυγγράμματα. ὑφ' ἓν τὴν ἀλλόκοτον ἡ ἀπαράλλακτα τοιαῦτα τῆς νομοθεσίας συντιλαχὰς, τῆς παλαιᾶς φυτίκτε. *Infinitis diversisq; generis corruptelis Mosaicam Pentateuchum adulteravit: aliosque libros stultitiâ & portentis plenos, divinisque legibus contrarios consarcinavit, suisque affectis reliquit.* quibus illi fascinati, *perinde quasi ille non perierit sed alicubi in hâc vitâ degeret,* eum suspiciebant: ut in Euangel. Johannis tomo 14. habet Origenes.

Ex Hebraicâ igitur à Palæstinis & Babyloniis, atque Græcâ ab Hellenistis Judæis receptâ, Hebræam novam impostor iste conflavit editionem; novis quoque detractionibus,

onibus, mutationibus & adjectionibus, prout libitum erat, à se contaminatam. Hinc in annis Patrum post Diluvium, Geneseos XI. prætermisso cum Hebræis Cainane, ante μυθολογίαν quidem, eosdem illis tribuit quos Græca habet editio; post μυθολογίαν verò (solo Ebero excepto, cui 270 cum Græcis tribuit, non 430 cum Hebræis) planè diversos. Et annos Patrum ante Diluvium, Geneseos V. ita digerit; ut quum ab Adamo ad Diluvium Hebræi 1656 annos dinumerent, Græci 2242 vel 2262, ille 1307 tantùm constituat: in eundémque Diluvii annum non solùm Mathusalæ (cum Hebræis) sed etiam Jaredi & Lamechi mortem conjiciat; neque Mathusalam (ut alii omnes) sed Noachum omnium Patrum longissimè vitam produxisse adstruat. Quæ non ex negligentiâ, aut Hebraici quo ille usus fuerat codicis à nostro variatione, sed ex consulto & metâ libidine à nefando impostore admissa fuisse, res ipsa clamitat. Quod neque ipsum inficiaturum confido: qui à Christi saltem tempore (post quem in cœlos receptum sacrilegas manus libris Mosaicis illud hominis monstrum intulit) (b) *obtinuisse solum hodiernum Hebræorum codicem*; (b) Critic. p. 372
in eoque conservando (c) *Judæorum scribas diligentissimos atque accuratissimos, imò scrupulosissimos & morosissimos in minutiis omnibus minutissimis conservandis*, fuisse confiteris. (c) Ibid. pag. 42.

Post decalogum, Exodi XX. 17. & Deuteronom. V. 21. in Samaritica hâc editione adjecti cernuntur versus isti. *Cùm autem introduxerit te Dominus Deus tuus in terram Chananæorum ad quam vadis possidendam, eriges tibi duos lapides magnos, & oblinis eos calce; scribésque super lapides istos omnia verba Legis hujus. Postquam enim transieris Jordanem, stabunt ex duo lapides isti quos ego præcipio vobis hodie in monte Garizim. Et ædificabis ibi altare Domino Deo tuo, altare lapidum: non elevabis super eos ferrum. Ex*

lapidibus informibus ædificabis altare istud Deo tuo: Et offeres super illud holocaustum Domino Deo tuo. Et sacrificabis pacifica, & comedes ibi, & lætaberis coram Domino Deo tuo, in monte isto ultra Jordanem post viam occasûs Solis in terrâ Chananæi habitantis in planicie è regione Galgal, juxta quercum Moreh versùs Sichem.

Desumpta sunt autem ista ex Deuteronomii cap. XI. 29, 30. & initio capitis XXVII. in cujus 4 versiculo, impius Dositheus, verbis Mosis immutatis, pro monte *Ebal* montem *Garizim* substituere est ausus. Quæ omnia quorsum tendant, ignorare nemo potest, qui locum Evangelii Johannis IV. 20. legerit; ab (d) Origene ita explicatum, *Agnoscenda est Samaritanorum cum Judæis differentia de loco, quem illi rebantur sanctum. Nam Samaritani montem sanctum existimantes eum qui vocatur Garizim, Deum ibi adorabant: cujus meminit Moses in Deuteronomio. Judæi autem Sion montem divinum esse rati, propriúmque Dei illum rentur esse locum, electum à patre universorum: & hanc ob causam dicunt in ipso ædificatum fuisse Templum à Salomone, omnémque Leviticum sacerdotal émque cultum illic perfici. Quas suspitiones utraque gens sequens, existimavit patres in hoc vel illo monte adorâsse Deum.*

(d) *In Joann. tom.* 13.

De utrâque verò hâc tantùm, Græcâ & Samaritanâ, editione in epistolio meo ad D. Bootium mentem meam ego significaveram: quod facere mihi liberum erat, etiamsi Criticam tuam nunquam vidissem. Sed si in eâ tu docuisses (quod scripserat ad me quam ego invenio) *ex Samariticis & Græcis LXX codicibus varias Hebraici textûs lectiones non minùs veras & certas posse colligi, quàm quæ hodie in nostris Hebraicis legantur Bibliis*: non potui non dicere, ad pervertendum Spiritûs sancti in mille Scripturæ locis germanum sensum (de regulâ enim Fidei hîc non loquor; secundùm cujus analogiam Christi Ecclesia, quan-

quantumvis aliâs corruptissimâ Bibliorum translatione usâ, salutarem Dei cognitionem & conservavit integram, & in æternum est conservatura) viam eâ ratione aperiri longè periculosissimam, quam qui primus obstruere conaretur, à non ingratâ posteritate magnam initurus fuisset gratiam.

Quid ego olim de sacrâ Criticâ scribere proposuerim, communi nostro amico Guilielmo Eyrio vel perspectum satis non fuit, (*c*) vel minùs apertè explicatum: quid verò ipse hâc de re totâ commentari instituerit, ex Epistolâ ipsius ante annos XLV ad me datâ, quam ob argumenti cognationem subjiciendam hîc putavi, poteris intelligere. Quâ perlectâ, quàm longè alius Eyrius ille fuerit qui ad te ab eo qui ad me scripsit facilè animadvertes. Ad me quod attinet: sententia mea hæc perpetua fuit, Hebræum Veteris Testamenti codicem Scribarum erroribus non minùs esse obnoxium, quàm Novi codicem & libros omnes alios: sed ad errores illos dignoscendos & corrigendos peculiare hîc nobis suppeditavisse subsidium tantopere ab omnibus prædicatam Masoretharum industriam. Ex quibusdam Veterum interpretationibus excerpi aliquos posse variantes textus Hebraici lectiones: ex vulgatâ Græcâ versione, & editione Samaritanâ, nullas. In variantibus lectionibus, magnam antiquitatis exemplarium unde eæ sunt desumptæ rationem esse habendam: & ubi ea quibus antiquiores Interpretes sunt usi cum hodie receptâ Hebraici textûs lectione consentiunt, non esse eam eo nomine sollicitandam, quòd posteriorum vel Interpretum vel aliorum etiam, Hebraicorum exemplarium lectio ab eâ discrepet. Denique, ubi cætera omnia reperiuntur paria, ad illum tuum recurrendum esse Canonem: ut ex variantibus lectionibus ea præferatur, quæ sensum parit commodiorem, atque consequentibus & antecedentibus magis cohærentem.

(*c*) *Critic. sacr pag.* 632.

Ita in Genes. XI. 26. ubi Syra paraphrasis Tharæ ante mortem annos 75 tribuit: quum ea antiquiores editiones, Græca & Samaritana, cum hodiernâ Hebraicâ 70 tantùm habeant; recentiore exemplari Syrum interpretem usum fuisse colligo, ex quo antiquiori textûs nostri Hebraici lectioni nullum fieri possit præjudicium. Etsi enim codices illi Græci & Samaritani ab Hebraicis nostris dissentientes, dubiam lectionem non reddant; quia Græco illi Judæo ex Gentium contemptu (ut dictum est) Samaritano alteri ex Judæorum odio, quod Hebraici habebant codices repræsentare non libuit: ubi consentiunt tamen, & eodem quo nos modo etiam ipsos legisse constat, de receptæ lectionis antiquitate non contemnendum ferunt illi testimonium. Et ubi in ipsis Hebraicis exemplaribus diversæ occurrunt lectiones, ad earum antiquitatem discernendam plurimùm conducit & cum hisce editionibus & cum aliis Veterum sive translationibus sive paraphrasibus consimilis facta collatio.

Sed de Criteriis illis jam non agitur, quibus Variantium textûs Hebraici lectionum discriminari possit vel præstantia vel antiquitas: unde petendæ illæ sint, quantùmque vel augendæ vel minuendæ, tota inter nos vertitur quæstio. In quâ tractandâ, si occurrent aliqua quæ minùs tibi arrideant; da (quæso) libertati huic meæ veniam, & ab homine nominis & honoris tui (ut ex animo anteà ad te scripsi) studiosissimo profecta ea omnia esse cogita. Vale.

GUILI-

GUILIELMI ETRII ad Uſſerium Epiſtola.

SPECTATISSIMO VIRO ac amico ſuo ſingulari, M. Jacobo Uſſherio Theologiæ Profeſſori apud Dublinienſes in Hiberniâ, S.

QUOD Hieronymus in epiſtolâ quâdam ad Paulinum presbyterum ſcripſit, nempè litteras ejus à principio probatæ jam fidei fidem & veteris amicitiæ nova prætuliſſe argumenta, idem de tuis (ornatiſſime humaniſſiméque Uſſheri) quis ad me 12 Calendas Januarii dediſti litteris, verè dicere poſſum. Vera eſt enim hæc neceſſitudo noſtra & ſatis antiqua, *quam* (ut ſanctiſſimi Patris verbis utar) *non utilitas rei familiaris, non præſentia tantùm corporum, non ſubdola & palpans adulatis, ſed Dei timor & divinarum Scripturarum ſtudia conciliant.* Hanc tu præclarè novis officiis reapſe coluiſti, Guilielmus tuus votis & affectu tantùm.

Quod autem tam diu jam conticuêre litteræ meæ, in cauſâ non fuit veternus aliquis, nec oblivio ſingularis erga me

me tuæ humanitatis, quam nec loci distantia, aut μάλα πολλὰ μεταξὺ ἡμεῖς τε καὶσσι, &c. obscurare, nec temporis diuturnitas è tabulis memoriæ meæ obliterare potest; sed quotidiana exspectatio Liveleianæ commentationis de authenticâ Scripturarum editione, quam tibi jam anteà pollicitus eram. Hanc frustrà adhuc expectavimus; licèt jam pridem consilio Roffensis Episcopi tradita fuerit cuidam viro docto, unâ cum Chronologiâ Latinâ, ut publici juris fiant. Ambas quàm primùm lucem aspexerint, volente Deo, ad te mittam. Chronologicus ille tractatus (credo) propediem prodibit: alterum quod attinet, si non editus fuerit (quod non multùm desiderarem, nisi quædam cautiùs, quædam verò pleniùs scripta fuissent), non dubitò quin post menses aliquot, copiam ejus mihi denuò hæredes Livelæi facient; atque tum posteà in tuam gratiam exscribendum curabo.

Interea verò loci, agnosco me valdè obæratum esse & tibi & doctissimo juveni fratri tuo Ambrosio, qui peritissimâ manu suâ, quædam in meum usum ex Alcorano Arabicè exscripsit. Tibi verò (clarissime Jacobe) meipsum debeo, qui non solùm suavissimis tuis litteris animum meum erexisti, sed etiam Arabicæ Grammaticæ mihi copiam fecisti. Nondum potui, Postelli auxilio, Neblensis Psalterii superare difficultatem. Neque sanè operæ pretium est. Video enim Arabicam illam Psalmorum versionem non Hebraicam veritatem, sed ubique (ni fallòr) vel Græcam vel (quæ plerumque eòdem redit) vulgatam Latinam translationem expressisse. Amisimus Judæum, olim præceptorem meum, cujus gratiâ in animo mihi fuit hoc studium suscepisse; quia specula aliqua affulserat, qualemcunque hujus linguæ scientiam in Academiâ

demiâ noſtrâ hâc ratione locum aliquem habere potuiſſe. Non ſum ἀεχβιπομαρὸς (ut Clenardus olim:) ſed Arabicari parumper, & primoribus tantùm labris Arabiciſmum deguſtare volui, ut in aliis quibuſdam rectiùs judicare poſſem.

Nam in animo mihi fuit jampridem, quorundam hortatu & conſilio, quædam de authenticâ ſcripturarum editione déque punctorum vocalium & accentuum Hebraicorum antiquitate & ratione penitiùs (quàm hactenù.) rimari; & fontium puritatem integritatémque à Librariorum incuriâ & Criticorum quorundam conjecturis vindicare: ob eámque cauſam limatiſſimum tuum judicium in nonnullis libentiſſimè cognoſcerem, quorum te (doctiſſime Uſſheri callentiſſimum eſſe omnes qui te nôrunt teſtari poſſunt.

Verùm ne longiore hujuſce rei explicatione, aliud quiddam quod mihi jam in animo occurrit, excidat planè è memoriâ, illud priùs expediam. Dégit hîc apud nos (uti nôſti) * Antonius Martinus; quem & tute ſatis nôſti, ego verò in cute novi. Veſtras eſt natione & affectu ſuo: & noſter foret non tantùm affectu & votis noſtris, æquè ac merito ſuo ſed etiam loco nempè in albo ſociorum, ſi natione noſtras eſſet. Quorſum hæc? Dicam pauciſſimis. Quoniam Martinus hic meus (nam ſic revera eſt, curâ, & pro more noſtro, tutelâ quâdam) noſter eſſe nequit; gratularer ſanè plurimum ipſimet & vobis, ſi veſter eſſe poſſet, locúmque ſocii in Collegio patrio capeſſeret. Certè quorundam ſermone nuper accepi, quoſdam propediem aſciſcendos & cooptandos eſſe in album ſociorum Collegii Dublinienſis: ſcio etiam vos in votis habere, probos & literatos in ſeminario veſtro collocare qui ſtrenuam operam vel in artibus docendis,

* Qui mihi ad ſedem Armachanam tranſlato, anno 1625. in Midenſi Epiſcopatu ſucceſſit, & anno 1650. mortem obiit.

inque juventute erudiendâ, vel in meſſe Domini in agris Hibernicis colligendâ, tandem ponant, & vel ſint vel fiant idonei ut hoc faciant. Illud conſultiſſimum eſt. Nam ſi habeatis in ſcholâ veſtrâ qui cum laude & fructu juventutem veſtram in Philoſophiâ & politiori literaturâ inſtituant, (quales & habuiſſe ac etiamnum vos habere ſat ſcio) tandem fiet (annuente Deo) ut intrà fines Hiberniæ generoſa juventus contineatur, neque extra Athenas veſtras Romæ aut alibi inſtituantur. Talis futurus eſt (ſpero) Martinus noſter: quippe qui is eſt, qualis alii plerique videri tantùm volunt, & in humaniori literaturâ, & vitæ integritate: germaniſſimus certè Nathaneel, ſine fraude. Hæc divinæ providentiæ & veſtræ prudentiæ relinquenda cenſeo, & ad rem propoſitam accedo.

Atque ut intelligat Reverentia tua, me operam daturum, ut tibi gratus ſim, ſpero me brevi confecturum Indicem ſive Catalogum variarum lectionum in utroque Inſtrumento unà cum earundem cenſurâ, quem ad te tranſmittam; ut tibi ſaltem occaſionem aliquam hæc eadem penitiùs rimandi, & lucem veritatis aliis præbendi dare poſſim. Scio enim te multa in adverſariis tuis ad hanc rem pertinentia habere, quæ occaſione oblatâ, in uſum Eccleſiæ proferas: mihi ſatis fuerit anſam doctioribus præbere. Quid enim amplius tenuitas mea in hoc genere præſtare poteſt, cui non conceditur, per ſtatuta collegii noſtri, in gremio indulgentiſſimæ matris Academiæ ultra biennium aut triennium manere, atque intereà loci oportet in aliis potiſſimam temporis partem conſumere? Tuum erit potiùs (doctiſſime Jacobe) qui commodiùs antiquitates indagare, Spartam hanc exornare. Verùm ut intelligas, quid à me expectes, & quâ ratione tute poſteà

poſteà rem ipſam expedias, en tibi methodum eorum quæ parare occœpi! & quidem opus ipſum in privatum uſum brevi (juvante Domino) abſolvam. Appellari poteſt סיג תהורה, *ſepes legis*, ſive Maſſoreth, vel (ut alii legunt) Maſorah, ad puritatem fontium ſive ἀδιαφθορίαν SS. contextûs ſcripturarum conſervandam, & conſequenter ad ejuſdem ἀυθεντίαν declarandam adhibita, & 2. libris comprehenſa, quorum

1. Prior, Prolegomena generalia continebit.

2. Alter, Indicem variarum lectionum, in totâ Scripturâ.

Primi libri præcipuam materiem (poſt ſtatum controverſiæ de authenticâ Scripturarum editione & fontium puritate) ſex propoſitionibus, quas firmiſſimis rationibus confirmare poſſim, ſi dextrè intelligantur, complexus ſum.

I[a] *Propoſitio*: Illa tantùm Scripturarum editio eſt authentica quæ divinitùs inſpirata fuit, & à Prophetis atque Apoſtolis conſcripta.

II[a] *Propoſitio*: Illa ipſa ſcriptura prophetica quæ primitùs conſcripta fuerit, etiamnum pura & integra conſervatur in Eccleſiâ.

III[a] *Propoſitio*: Hebraica veteris Inſtrumenti ſcriptura iiſdem vocalium & accentuum notis, quibus hodiè utimur, antiquitùs tradita.

IV[a] *Propoſitio*: Græca novi Teſtamenti ſcriptura (quæ divinitùs inſpirata fuerit) adhuc integra & pura manet in Eccleſiâ.

V[a] *Propoſitio*: Græca veteris inſtrumenti tranſlatio, nec divinitùs inſpirata, nec pura & integra.

VI[a] *Propoſitio*: Vulgata Latina Bibliorum editio, nec fida nec authentica, nedum divinitùs conſcripta.

Appendix Lib. I.

IN Appendice, Paralipomena ſive prætermiſſa in Prolegomenis quædam ſubjicientur, ad præſens negotium facientia, ſed in propoſitionibus commodè tractari non poſſunt.

1. De characterum Hebraicorum, qui hodiè in uſu ſunt, origine & antiquitate. Hæc diſquiſitio neceſſaria videtur, ad defenſionem integritatis Scripturæ, propter novam opinionem illuſtriſſimi viri Joſephi Scaligeri: qui in animadverſ. in Euſeb. Chron. ad locum Euſebiani num. 1617. *Literæ*, (inquit) *quibus hodiè Judæi ſacros libros & omnia acta ſua conſcribunt nuperæ ac novitiæ ſunt, ex Syriacis depravatæ, illæ autem ex Samaritanis &c. Vide locum.* Hâc de re variæ ſunt aliorum opiniones, ut Poſtelli libello de Phœnicum literis, Waſerii lib. de antiquis nummis Hebr. &c. & aliorum: quas hîc ventilandas ſuſcepi, etſi fateor in quibuſdam quæ caput rei non attingunt aquam mihi hærere. Verùm Scaligeri opinionem apertè falſam eſſe, probari poteſt ex multis.

Nam 1° probatur, modernas literas non eſſe nuperas &c. & Samaritanas in Biblico uſu ſemper non fuiſſe antiquitùs; quia non Samaritanæ ſed Judaicæ in uſu fuerunt Chriſti humiliati tempore: ut conſtare mihi videtur ex Matth. 5. 18. Luc. 16. 17. & locis id genus aliis, ubi Chriſtus docet, ne minimam quidem particulam legis perituram; nempè (ut omnes fatentur) ſaltem quoad ſenſum & doctrinam, alluſione factâ ad minimam literulam Hebraici contextûs, nempè joth, quæ facilè omnium literarum minima eſt in Hebr. Alphabeto, ſed in Samaritano potiùs maxima (Heb.', Samar. ם.)

Quòd

Quòd ſi ante Chriſti humiliati tempus noſtræ literæ fuerint, tum neque nuperæ ſunt & novitiæ, neque ex Syriacis depravatæ. Nam Syriacæ ſive Maroniticæ introductæ fuerint à Chriſtianis naſcentis Eccleſiæ, ne quid cum Nazaræis & Hebionitis (quorum hæreſin execrabantur) haberent commune; ut docet doctiſſ. vir Guido Fabricius Boderianus in epiſtolâ ad Dictionar. Syro-Chald.

2. Idem conſtat ex omnibus illis ſcripturæ locis (qui benè multi ſunt) in quibus veteres Interpretes LXX & alii antiquiſſimi hallucinati ſunt & decepti literarum ſimilitudine, ut ב & כ, י & ו, ח & ה, ז & ו, ד & ר, ד & ך, ם & ס. ſic Job. 21. 3. כריך, Græcè legitur ברוך, εὐλογημένος, & id genus ſexcenta quæ ex Indice noſtro obſervari poſſunt. Nulla autem talis eſt earundem literarum vicinitas juxta Samaritanum alphabetum. Vide Poſtelli vel Scaligeri ipſius Alphabetum Samaritanum locis citatis.

3. Multa alia id ipſum docent, quæ non opus eſt hîc repetere. nempè figuræ Hebraicæ literarum quæ hodiè in uſu ſunt, ſimpliciſſimæ: ex quibus etiam, (ut Poſtellus probat, & res ipſa docet) nimirùm ex currente earum formâ, Syriacæ & Arabicæ literæ ortum habent. Item נקוד ſive notationes nominum quæ Hebraicis potiùs quàm Samaritanis characteribus conveniunt. Quâ de re conſulendi ſunt Grammatici. Miror quid Scaligero in mentem veniebat. Sed miſſa hæc facio, & reliqua quæ communiter contra hanc Scaligerianam & aliorum opinionem dici poſſunt.

II. De Maſſoriticis & Rabbinicis notis in Bibliis Hebraicis: de 28 Perigmoth, déque librorum & capitum variis diſtinctionibus, & id genus aliis; & quid illis tribuendum ſit. Neque hîc multis opus eſt;

quia in confirmatione 2ª propositionis nostræ, in responsione ad objectiones contra Hebraici fontis puritatem, fusiùs diximus; quod satis esse videatur donec ad particularium locorum censuram in Indice nostro deveniamus.

1. De 18 locis qui vulgò appellantur תיקון מפרים, & à quibusdam contra puritatem Hebraicæ Scripturæ & fidem Judæorum objiciuntur.
2. De 4 locis qui vulgò appellantur עטור סופרים, objicitur etiam.
3. De 848 locis, קרי וכתיב, objectis, &c. ubi descripsi ea ex Talmude et Eliæ Massoreth hammasoreth: quæ tu(doctissime Usseri) à me in tuam gratiam describenda petis.
4. De varietatibus inter Orientales et Occidentales, item inter filios Aser et Nephtali.
5. De locis quibusdam veteris Instrumenti, in quibus corruptelæ objiciuntur ex rei grammaticæ ratione.
6. De locis (in genere) tam Veteris quàm Novi Testamenti, in quibus διαπλοκαὶ observantur atque ex collatione locorum parallelorum corruptionis arguuntur.

III. De Chaldaicâ paraphrasi, déque Arabicâ et Syriacâ, necnon de aliis Veterum et Neotericorum versionibus, quarum in propositionibus non fit mentio, et quid illis tribuendum sit.

IV. De castigatissimis Bibliorum Hebr. Veteris Instrumenti, et Græc. Novi Testamenti exemplaribus.

His

His generalibus propositis ac enucleatis, facile erit judicium de singulis variarum lectionum locis: neque opus erit in Indice sive catalogo nostro subsequente multa dicere, quæ alioquin sæpissimè & ferè ubique repetere oporteret.

Secundi libri argumentum.

Index & collatio Variarum lectionum per singulos Scripturæ libros & librorum capita, unâ cum earundem censurâ, juxta ordinem particularium locorum; præsertim ubi fontium puritas quibusdam suspecta videtur, vel incuriâ librariorum aut Criticorum temeritate periculum sit ne corrumpatur.

Appendix Lib. II.

IN Appendice, quædam Paralipomena, ad Indicem nostrum pertinentia sunt adjicienda.

1. Tabulæ varietatum inter Orientales & Occidentales Judæos, atque inter בני אשר ובני נפתלי, quæ in calce 1ª & 2ª editionum Bibliorum Bombergianorum habentur.

2. Tabulæ קרי וכתיב; & מל וחס.

3. Consectaria nonnulla, unâ cum summâ totius causæ quam in manibus habemus. *viz.*

1. Lectio alicujus loci Veteris vel Novi Testamenti quæ comprobatur consensu & conspiratione omnium exemplarium quæ inveniri possunt, non est rejicienda propter ἀναπορίαν quod difficulter consiliari potest, nedum propter interpretum quorundam auctoritatem qui aliter legisse videantur; donec exemplar aliquod fide dignum aliam lectionem exhibeat: nisi

niſi circumſtantia loci, aut analogia fidei neceſſariò poſtulet.

Hoc patet ex iis quæ dicenda ſunt lib. 1. in Prolegomenis, præſertim in confirmatione 2ª, 4ª, 5ª, & 6ª, Propoſitionum.

2. Lectio alicujus loci Veteris Inſtrumenti quæ comprobatur fide Maſſoriticorum & emendatiſſimorum exemplarium, licèt in aliis aliter habeatur, cæteris paribus eſt præferenda.

Hujus ratio petenda eſt ex iis quæ in Prolegomenis diximus de Maſſoræ ratione & fide, necnon ex iis, quæ docentur in 2ª & 4ª appendice libri 1mi.

3. Lectio alicujus loci Veteris vel Novi Teſtamenti, quæ comprobatur auctoritate Interpretum qui de induſtriâ fontes ſequuti ſunt, h. e. Hebraicam & Græcam veritatem, verſione aut commentatione ſuâ illuſtrârunt, cæteris paribus, potior eſt illâ quæ nititur fide, vel potiùs hallucinatione Interpretum qui rivulos conſectati, & Græcam ſive vulgatam Latinam editionem interpretati ſunt.

Hujus veritas patet ex 5ª & 6ª Propoſitione libri primi, atque ex 3ª ejuſdem appendice.

4. Lectio alicujus loci Novi Teſtamenti quæ comprobari poteſt auctoritate & fide vetuſtiorum & correctiorum exemplarium, licèt forſan pauciora ſint, cæteris paribus, eſt præferenda. Vide 4am appendicem lib. 1.

Huic nemo non ſuffragabitur, qui novit quid tribuendum ſit aliquammultis Codicibus, præſertim noviter editis, qui in vulgus ſpargunt errores & multiplicant σφάλματα χρωτικὰ unius qui primò lapſus eſt incuriâ vel inſcitiâ. Verùm errantium multitudo

multitudo (ut in re aliâ dixit Hieronymus, ni fallor) non debet patrocinari errori.

Lectiones autem omnes quas in Catalogo noſtro defendimus, comprobantur vel conſenſu omnium exemplarium & Interpretum qui primævam Scripturæ editionem ſequuti ſunt, nullâ ratione repugnante, vel ſaltem fide emendatiſſimorum codicum, ac pretereà, quorundam doctiſſimorum interpretum calculo, ratione etiam ex verbis ipſis vel ex aliis locis petitâ, exigente.

Hoc patet ex ſingularium locorum inſpectione in Indice noſtro variarum lectionum.

Ergo lectiones quas ſequuti ſumus, & cenſurâ noſtrâ comprobavimus, ſunt veræ & germanæ.

Rurſus,

Illa tantùm Scripturarum editio, & lectio in ſingulis locis eſt authentica, quæ αὐτόγραφος primitùs conſcripta fuerit, juxta primam Propoſitionem primi libri.

At Hebraica tantùm Veteris Inſtrumenti integrè etiamnum conſervata in eccleſiâ (juxta 2^am^ Propoſitionem) idque punctata (juxta 3^am^) Novi verò Teſtamenti Græca editio, integrè etiam adhuc conſervata (juxta 4^am^ Propoſitionem) atque utraque juxta lectiones quæ in Indice noſtro comprobantur, divinâ inſpiratione primitùs conſcripta fuerit, ut ex Prolegomenis & Indice patet: non autem Græca Veteris Inſtrumenti, nec Latina Vulgata Novi, quæ nec fidæ nec puræ ſunt, juxta 5^am^ & 6^am^ Propoſitiones, nec denique cujuſcunque linguæ Verſiones noſtræ ſunt αὐτόγραφοι conſcriptæ, ut patet ex 3^a^ appendice libri primi.

Ergo, *Sola Hebraica Veteris Inſtrumenti editio, ſicut Græca Novi, authentica eſt & pura.*

Vides methodum quam mihi propoſui. In animo etiam fuit difficultates quaſdam tibi (doctiſſime vir) propo-

fuisse, in quibus exactissimum tuum judicium cognoscerem. Sed sentio me jam modum epistolæ excessisse, & vereor ne interpellem te nimis nugis meis à gravioribus negotiis. Ignoscas quæso Guilielmo tuo, qui prolixè & cordatè potiùs quàm eleganter & suaviter te compellare maluit.

Nactus jam tandem Tabellarii opportunitatem, remisi ad te, manu fidâ ejusdem, Postelli grammaticam, unâ cum libello altero, quem tibi benevolentiæ ergò dicavi; majorem daturus, si Anglia nostra aliquid librorum non-vulgarium ad antiquitatem eruendam suppeditaret.

Nondum aliquid efficere potui in Arabicis, quod dignum sit operâ: forsan si Christmanno, muto Magistro, aut Bedwello Londinensi vel potiùs Ambrosio tuo Dublinensi vivâ voce præceptore uti liceret, aliquid efficerem. Sed non licet. Velit jubeat clementissimus pater qui in cœlis est, ut Ecclesiæ suæ pomœria dilatet, nostras ecclesias in verâ pace conservet, tibique (frater doctissime) & tuis omnibus in Christo benedicat. Vale: è Museo in Collegio Emmanuelis Cantabrigiæ, 9° Kalendas Aprilis juxta veteres Fastos, & anno Domini 1607, juxta computum ecclesiæ Anglicanæ.

Tuus in communi fide, ac ministerio

Euangelii, frater amantissimus,

GVIL. EYRE.

FINIS.